Nō duas animas dicim⁹ eē i homine vno: ſicut Iacob⁹
τ alij ſcribūt:vnā animalē:qua animetur corp⁹ τ mix
ta ſit ſanguine:alterā ſpiritualē:q̄ ratiōē adminiſtret.
Sed dicimus vnā eandēq̧ animā eſſe in homine:quę
τ corpus ſua ſocietate vegetet: τ ſemetipſam ſua ra-
tione diſponat.
ℭ Augu.lib.xiiij.de ciuitate dei.
Dolores qui dicuntur carnis animę ſunt in carne: τ ex
carne.Quid enim caro per ſeipſam ſine anima dolet?
vel concupiſcit? Sed quod concupiſcere vel doleř di
citur:aut ipſe homo eſt:aut aliquid animę: quod car
nis afficit paſſio: aut aſpera quod facit dolorem: aut
lenis quod voluptatem.
ℭ Auguſtinus ſuper Ioannem.
Spiritus deficit:vbi caro regeſcit:vt enim caro mollib⁹
ſic anima duris nutriť.illa blāda refouēt.Hęc aſpe-
ra exercent.
Hiero- ℭ Hieronym⁹ epiſtola.vij.ad Damaſū papā.
nymus Noli deſpicere animā pro qua chriſtus mortuus eſt.
ℭ Hieronymus cōtra Iouinianum.
Epiſtola.ix.cap̄.xxviij.
Senſus corporū quaſi eq̄ ſūt ſine rōne currētes. Anima
vero in aurigę modū retinet frena currentium: τ q̄uo
equi abſq̧ rectore ꝑcipiter ruunt:ita corpus ſine rōne
τ iperio aię in ſuū fertur interitū.Alia quoq̧ cōpara
tio animę τ corpis a philoſophis poniť. Corp⁹ pue-
rū:aiam pedagogū eē dicētib⁹.vn̄ τ hiſtoric⁹. Animę
imperio corporis ſeruitio magis vtimur. Alterū nobis
cū dijs:alterū cū beluis cōe eſt. Igiť niſi virtus adole
ſcētis τ pueri prudētia pedagogi rexerit ðō conatuſ
eius τ imper⁹ ad laſciuiam properat.
ℭ Hierony.i epiſtola.xxxviij. ad Anaſtaſiuʒ.
Alij aſſerūt q̧ formatis in vtero corporib⁹ deus quotie
die faciat animas τ iſūdat. Alij factas iā olim.i.tūc
quū omnia de⁹ creauit ex nihilo:nūc eas iudicio ſuo
diſpēſet in corpe.Et hoc ſenſit origenes τ nōnulli alij
grecorū.Ego vero quū hec ſingula legerim(teſte deo
dico)qz vſq̧ ad pręſens certi vel diffiniti aliqd ð hac
queſtiōe nō teneo.Sed deo relinquo ſcire qd ſit in ve
ro: τ ſi cui ipſe reuelare dignabiť.Ego tñ hec ſingula
τ legiſſe me nō nego: τ adhuc ignorare cōfiteor:pter hō
qō manifeſte tradit eccleſia.Deū eſſe τ aiarū τ corpo
rū pditorē. ℭ Ambroſius in examerō. Ambro
Qui animas rōnales immortales eē dubitat:alien⁹ pro ſius
culdubio a ſeipſo eſt. ℭ Ambroſius ſup illud.
pſalmi.Eloquiū tuum viuificauit me.
Hęc ē aię nrę vitalis ſubſtātia:q̄ aliť τ paſciť i τ gubnať.
Nec qcq̄ ē aliō qō viuere faciat rōnalē aiam q̄ elo-
quiū dei. ℭ Gregorius bonifacio archiepō τ ha Grego.
heť.xiij.q.ij.Animę defunctorū.
Animę defunctorū quatuor modis ſoluunť: aut oblatio
nib⁹ ſacerdotū:aut ꝑcib⁹ ſanctorū:aut charorū elemo
ſynis:aut ieiunio cognatorū.Curatio vero funeris.Cō
ditio ſepulturę? Pompa exequiarū:magis ſunt viuorū
ſolacia:q̄ ſubſidia mortuorū.
ℭ Gregorius libro.i.moralium.
Sic pditi mirabiliť ſum⁹:vt rō aiam: τ aia poſſideat cor-
p⁹.Ius vō aię a corpis poſſeſſiōe repelliť:Si ñ prius aia
a rōne poſſideť. ℭ Gregorius li.xxvi.moralium.
Quoquo ſe vterit aia.ſi vigilāť itēdit: i eiſdē ipſis deus
inuenit:p q̄ relinqt:eiuſq̧ potētiā ex eorū pſideratōe co
gnoſcit:quorū amore dſeruit: τ p q̄ puerſe cecidit:p hō
cōuerſa reuocať. ℭ Gregorius li.iiij. Dialogorū.
Tres vitales ſpirit⁹ creauit oipotēs de⁹:vnū q carne ñ
tegiť:Aliū q carne tegiť:Sʒ nō cū carne moriť. Ter
tiū q carne tegiť τ cū carne moriť. Prim⁹ angelorū.
Secūdus hominū.Terti⁹ brutorū animalium.
ℭ Io.chryſoſtomus de reparatione lapſi. Io.chry
Si aiaʒ negligam⁹:nec corpus ſaluar poterim⁹. Nō.n. ſoſtom⁹
aia p corpe:ſʒ corp⁹ p aia factū ē.Qui ḡ qō primū ē
negligit: τ qō iferi⁹ ē tollit:vtrūq̧ corrūpit. Qui vō
ordinē ſeruat τ qō pmū ē colit:ēt ſi negligat qō ſcōʒ
eſt:per primi ſalutem ſeruabitur τ ſecundum.
ℭ Idem ſuper Mattheum.
Facies aię ē pſcia:Sicut eniʒ i pſpectu hoiuʒ gratioſa ē
facies pulchra:Sic i oculis di ſpecioſa ē pſcia mūda.
ℭ Iſidorus. τ habeť di.lxxxi.Ualet. Iſidor⁹
Valet iterdū pueꝛſus p ſalute ſuę aię mutatio loci. Ple
rūq̧.n.dū mutať loc⁹:mutať mētis affect⁹. Cōgruū ē
ergo τ inde ēt corporaliť euelli:vbi qſq̧ illecebris de-
ſeruiuit. Nā loc⁹ vbi qſq̧ praue vixerit:i aſpectu mē
tis appōit:qō ſepe ibi qſq̧ cogitauit vel geſſit.
ℭ Iſidorus li.xi.Ethymologiarum.
Anima dū viuificat corpus aia eſt.dū vult anim⁹ ē: dū
ſcit mēs ē:dū recolit memoria ē:dū Rectū iudicat rō
eſt.Dum ſpirat ſpiritus eſt.Dum aliquid ſentit ſen-
ſus eſt.
ℭ Bernardus in ſermone dedicationis. Bernar
Vd imaginē qppe dei facta anima rationalis cęteris om dus
nibus occupari pōt:Repleri omnino nō pōt.Capacē
eni dei qcquid deo minus eſt nō implebit.
ℭ Bernardus ſuper cant.ſermone.xxiiij.
Quid indecentius quā curuum recto corpore gereř ani-
mum. ℭ Bernardus ſermone.cvi.

Hęc eſt aię ſuauiſſima ⁊ ſaluberrima regeo: pſcia mūda geo ſectura ſit beatę aię. Cuiuſ ira conſcientię puritas Capitale trāqllitas. Opertoriū ſecuritas: Ut in hoc iceri ſtrato dormiat dilectabiliter: ⁊ facilit᷑ regeſcat.
Bernardus ſermone.cvij.

Aduertiſtis tres eſſe ſanctarū ſtatus animaꝝ. Primum videlicet i corpore corruptibili: Scdʒ ſine corpe. Tertiū i corpe iā glorificato: Primū in milicia: Scdm in rege: Tertiū in beatitudine conſumata.
Bernardus ſuper cant.

Animę deſideranti domin⁹ feſtinus occurrit cęleſti roꝛe circūfuſus: vnguentis optimis delibutus: animaʒ recreat fatigatā: eſurientem reficit: aridā impinguat terrenorum oblitam: ſui ipſius immemorem.
Bernardus ſuper cant.

Paupertate: māſuetudine: fletu renouat᷑ i aīa ſimilitudo q̄dā ⁊ imago ęternitatiſ oīa tēpora cōplectēs. Dū paupertate futura meret᷑: māſuetudine ſibi pręſentia vēdicat: luctu penitētię pręterita quoqʒ recuperat.
Bernardus ſuper cant.

Cadit aſin⁹: ⁊ inuenit q eū ſubleuet. Cadit anima: ⁊ non
Hugo eſt q manū apponat. Hugo.li.i.cap.xv.

In ſtatu innocētię ſicut deus pręſidebat ſpiritui: Sic ſpirit⁹ pſidebat carni. Et ipſa caro iumētū ſpirit⁹ erat. Propterea ad ſeſſorē ſuū ptinebat: vt iumēto ſuo pabulū pūideret: ne deficeret. Et hoc ſolū foꝛtaſſis tūc ſufficere potuiſſet. Nūc aūt pter pabulum ēt freno ⁊ calcarib⁹ indiget: Freno: vt furētē ⁊ pcipitem a malo cohibeat. Calcarib⁹ aūt: vt ad bñfaciēdū excitet pi-
Lactā. grā. Lactantius fir.lib.vij.di.inſtōnum.

Quod ſi de⁹ ē ⁊ incorporalis ⁊ inuiſibilis ⁊ ętern⁹: ergo nō iccirco interire animā credibile eſt: quia non videtur poſtq̄ receſſit. Lactantius ibidem.

Maius teſtimoniū regram⁹ polytes quidam conſuluit Apollinē Myleſium. vtrum ne maneat anima poſt mortem: an reſoluatur: ⁊ reſpondit his verſibus.

ψυχη μεχρι ουδ ἐσμοις προς σωμα κρατειται
φθαρτα νοουσα παθηυηται σαλγιδ οσκυειχει
ηγικα δ αγαλιοιγ βροτειη μετα σωμα μαραυθεν
ωκυς την ευριται ες αιθερα πασα φορειται
αι ευα γηρασσουσα μενειδ εις παμπαυ ατηρης
πρωτογονος γαρ τουτο θεου διεταξε προνοια.

Ideſt: anima qdē quo ad vinculis corporis tenet᷑ corruptibiles paſſiones ſentiēs: mortalib⁹ cędit mortalib⁹ Q uum vero humanā ſolutionem velociſſimam poſt corruptū corpuſ inuenerit: omnis in ęthera fertur: nūq̄ ſeneſcēs ⁊ manet i ęternū ſine pęna. Primogenita etenim hoc diuina diſpoſuit pūidētia. Ibidem.

Falſa eſt igit᷑ Democriti ⁊ Epicuri ſnia ⁊ Dicearchi de animi diſſolutiōe: q pfecto nō auderēt d̄ interitu animarū mago aliquo pręſente diſſerere: q ſciret certis carminib⁹ ciere ab inferis animas ⁊ adeſſe. ⁊ pbere ſe humanis oculis vidēdas: ⁊ loq. ⁊ futura pręducere Et, ſi auderent re ipſa ⁊ documētis pręſentibus vincerētur. Sed qꝛ nō pūidebāt animę rōnē: q̄ tā ſubtilis eſt: vt oculoſ humanę mētiſ effugiat: interir᷑ dixerūt.
Lactantius Ibidem.

Plato dē anima diſſerēs: ex hoc ait poſſe cognoſci alas eſſe immortales atqʒ diuinas: ꝙ in puerię mobilia ſūt ingenia: ⁊ ad percipiēdū facilia ꝙ ea quę diſcāt: ita celeriter capiāt: vt nō tūc primū diſcere illa videantur: ſʒ recognoſcere: atqʒ reminiſci. In quo vir ſapiēs poetis ineptiſſime credidit.
Orige. Origenes ſuper cant.

Vbi afforet iuſtitia dei: bonorum merces: maloꝛumqʒ iuſta ſupplicia: ſi aīa mortalis eſſet.
Seneca Seneca ad lucillium epiſtola.xxxi.

Tutū iter ⁊ iucūdum eſt ad qd̄ natura te inſtruxit. Dedit tibi illa q̄ ſi non deſerueris: par deo conſurges. Parem aūt deo te pecunia nō facit: De⁹ nihil habʒ. Pretexta nō faciet. De⁹ nudus ē. Fama nō faciet nec oſtētatio tui. Nemo nouit deum. ſʒ multi male d̄ illo exiſtimāt ⁊ impune. Non turba ſeruorū lecticam tuā portātiū. Deus ille maxim⁹ potētiſſimuſqʒ ipſe vehit oīa. Nec forma quidem: ⁊ vires beatum te facere poſſūt: Nihil hoꝝ nō patit᷑ vetuſtatē. Quid ergo? Animus. Sed hic rectuſ: bon⁹: magn⁹. Quid aliud voces hūc. q̄ deum in corpore humano hoſpitātē. Hic anim⁹ tā ʒ in equitem Romanum: q̄ libertinum: q̄ in ſeruū pōt cader᷑. Seneca ad luciliū epiſtola.lxx.

Surſum animum vocāt initia ſua. Erit autem illic ēt antequā hac cuſtodia exoluatur: Si vitia ſua deſeruit: puruſqʒ ac leuis in cogitationes diuinas emicuit.
Seneca in prouerbijs.

Nil magnū ē i reb⁹ humanis: niſi aīus magna dſpiciēs.
Plato in thimeo. Plato

Ad hoc anima cōiuncta eſt corpori: vt fruat᷑ ſcientijs ⁊ virtutib⁹. Si aūt cū feruore magno ſe inuenerit: bēnigne recipiet᷑ a ſuo creatoꝛ. Sin aūt relegabit᷑ ad iferna. Ariſto.li.vij.metaphyſice. Ariſto.

Ex ſanitate in anima: fit ſanitas in corpore.
Ariſto.lib.vij.phyſicorum.

In quieſcendo ⁊ ſedendo anima fit ſciens ⁊ prudens.
Ariſtoteles li.iiij.de cęlo ⁊ mundo.

Formę eſt cont inere: materię vero contineri.
Idem primo de anima.

Anima eſt taq̄ principiū animalium. Ibidem.

Paſſiones animę variantur ſecūdū variationē ſeu diſpoſitionē corporis. Quidā duris ⁊ magnis paſſionibus nō mouent᷑. Quidā v̄o mouent᷑ paruis ⁊ d̄bilibus.
Ariſtoteles li.i.de anima.

Intellectus vel eſt phantaſia: vel non eſt ſine phantaſia.
Ibidem.

Dicere animā gaudere vel triſtari: ſil'e ē ac ſi dicat aliqs eam texere vel edificare. Ariſto.li.i.de aīa.

Intellectus ē quid diuinū impaſſibile. ⁊ incorruptibile.
Ibidem.

Non quęlibet anima pōt intrare qdlibet corpus. ſʒ quęlibet anima habet propriū corpus. Quod eſt contra Pythagoram. Ibidem.

Egrediente anima ex corpe: corpus expirat ⁊ marceſcit.
Ariſtoteles li.i.de anima.

Aīa ē ſubſtātia.i.forma ſubſtātialis corpis. Ibidē.

Anima mouet corpus ſecundum omnem differētiā poſitiōis.ſ.ſurſum: deorſum: ante: retro. deſtrorſū: ſiniſtrorſum. Ariſto.li.ij.de anima.

Q uattuor ſūt potētię aię principales.ſ. vegetatiua: ſenſitiua: intellectiua: ⁊ motatiua ſʒ locū. hę ſic ſe habēt ad inuicē: ꝙ vegetatiua pōt eſſe ſine ſenſitiua: vt patet in plātis. ⁊ nō ecōuerſo: ⁊ ſenſitiua ſine motiua ſecundū locū vt pʒ i qbuſdā aīalib⁹ ꝯchilib⁹. ⁊ nō ecōuerſo ⁊ tā ſenſitiua q̄ motiua ſʒ locū pñt eē ſine itellectiua vt pʒ i aīalib⁹ brutis. ⁊ ñ ecōuerſo. Ari.li.ij d̄ aīa.

In plātis ē vna aīa i actu multę vero i potētia. ⁊ idō ptes caꝝ abſciſę viuunt. Ariſto.li.ij.de anima.

Intellectus ſeparat᷑ ab alijs potētijs animę: ſic ppetuū a corruptibili. Ariſto.li.ij.de anima.

Anima dat viuere viuētib⁹. Ibidem.

Omnia corpa phiſica viuētia ſunt aię inſtrā. Ibidem.

Aīa ē cauſa efficiēs corpoꝝ aīatoꝝ: ⁊ principiū mot⁹ ſʒ locum: ⁊ alterationis. Ibidem.

Anima ē cā corporis in triplici genere cauſaꝝ.ſ. efficiēs formalis ⁊ finalis. Ariſto.li.ij.de anima.

Nihil ppue ē nāliter nutrit᷑ niſi qd̄ hʒ aīam. Ibidē.

Tres ſunt potētię aię vegetatiuę.ſ. nutritiua: augmētatiua ⁊ generatiua. Ariſtoteles li.ij.d̄ aīa.

Sciētia ē vniuerſalium quę ſūt i anima: ſingularia vero ſunt extra animā. Ariſtote.li.ij.d̄ aīa.

Phantaſia eſt motus factus a ſenſu ſecundum actū ſm quē aliquis multum agunt ⁊ patiuntur.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Phantaſia non eſt opinio. ¶ Ariſtoteles Ibidē.

Phantaſia ad intellectū nullo modo pertinet. ¶ Ibidē.

Phantaſia eſt ſepe falſorū. ¶ Ariſtoteles li.iij.de aīa.

Intellectus eſt pars animę. ¶ Ariſtoteles. Ibidem.

Intelligere eſt quoddā pati. ¶ Ariſtoteles li.iij.de aīa.

Sicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia:ſic intellectus ad intelligibilia. ¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Intellectus oīa intelligit. ¶ Ariſtoteles li.iij.đ anima

Intellectus poſſibilis nihil eſt actu de numero entiū antequā intelligat ea. ¶ Ariſtoteles ibidem.

Intellectus nō hēt aliquod organū in corpore. Sed ē ſeparat⁹ ab omni organo corporali. ¶ Ariſtoteles Ibi.

Anima intellectiua eſt locus ſpecierum intelligibiliū.
¶ Ibidem.

Anima non habet actu ſpecies.ſed ſolum potentia.
¶ Ibidem.

Intellectus quū intelligit valde intelligibile:nō impeditur intelligere infimū:ſed magis intelligit. ¶ Ibi.

Intellectus quū intelligit alia:pōt ſeipſum intelligere.
¶ Ibidem.

Intellect⁹ ē ſimplex:⁊ impaſſibilis ⁊ imixtus. ¶ Ibi.

Intellectus poſſibilis ī principio ē tanq̄ tabula raſa: in qua nihil eſt ſcriptū vel depictū:Eſt tamen poſſibile ſcribi vel depingi. ¶ Ariſtoteles li.iij.de aīa.

Intellectus intelligit ſe ſicut alia.ſ.per ſpecies aliorū.
¶ Ibidem.

In ſeparatis a materia idē ē intellect⁹ ⁊ itellectū. ¶ Ibi.

Intellectus eſt potentia ſine materia. ¶ Ibidem.

Duplex eſt potentia aię intellectiuę:agens ⁊ poſſibilis.
¶ Ibidem.

Intellectus noſter eſt ens in potentia.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Sicut ſe habēt ſenſibilia ad ſenſū:ita phantaſmata ad intellectum. ¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Intellectus iudicat de futuris ⁊ de ipſis deliberat.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Duplex eſt intellect⁹ poſſibilis.ſ.practicus:⁊ ſpeculatiu⁹.Speculatiuus qui conſiderat verum ſimpliciter: Practicus q̄ cōſiderat per cōparationem ad opus.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Sicut res habet eſſe:ſic habet intelligi.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Anima quodāmodo eſt oīa. ¶ Ariſtoteles li.iij.de aīa.

Intellect⁹ ē ſpecies ſpecierū.i.forma formarū. ¶ Ibi.

Actus intellectus qui dicitur intelligentia ſimpliciū:lʒ non ſit phantaſma:tamen non eſt ſine phantaſmate.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Neceſſe eſt omne qđ viuit habere animā vegetatiuā a principio vſq; ad finē. ¶ Ariſtoteles li.iij.đ anima.

Neceſſe eſt omne animal habere ſenſum.
¶ Ariſtoteles li.iij.de anima.

Impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex elemētum.
¶ Ibidem.

Senſus:guſtus:⁊ Tactus neceſſarij ſunt animali. Illi aūt tres ſunt ad bene eſſe.viſus.odorat⁹:⁊ auditus. ¶ Ariſtoteles li.ij.de animalibus.

Creatio corporis ⁊ membrorum eſt propter animam.
¶ Ariſtoteles li.xvi.de animalib⁹.

Anima nobilior ē corpore:⁊ animatū inanimato:⁊ viuū mortuo:⁊ ens nō ente. ¶ Ariſtoteles. Ibidem.

Solus intellect⁹ intrat in nos ab extrinſeco:⁊ ipſe ſol⁹ diuinus eſt. ¶ Ariſtoteles. Ibidem.

Anima eſt ſubſtantia.i.forma ſubſtantialis.
¶ Ariſtoteles primo Ethicorum.

Bona animę ſunt maxime bona.
¶ Ariſtoteles li.ij.Ethicorum.

Tria ſunt in anima:paſſiones potentię:⁊ habitus.
¶ Ariſtoteles li.vi.Ethicorum.

Bonum verum eſt intellectus. ¶ Ariſto.li.vi.ęthicorū.

Quinq; ſunt in anima habitus quibus verū dicit̄ videlicet.Ars:ſciētia:intellect⁹.ſapientia:⁊ prudētia.
¶ Ariſtoteles li.ix.ęthicorum.

Optimū quod eſt in homine eſt intellectus :q2 lʒ intellectus quantitate ſit minimū:eſt tñ potētia magnū: ⁊ precioſitate maximū. ¶ Ariſtoteles li.i.polyticorū

Anima naturaliter dominatur corpori : ſicut dominus ſeruo. ¶ Ibidem.

Vtile eſt corpus regi ab aīa. ¶ Ariſto.li.vij.polyticorū

Anima precioſior eſt corpore.⁊ omni poſſeſſione:⁊ omnibus alijs bonis. ¶ Ibidem.

Bonum animę precioſius eſt omnibus bonis.
¶ Ariſtoteles.viij.polyticorum.

Anima naturaliter delectatur in muſicis melodijs.
¶ Themiſtius ſuper.i.de anima. Themiſtius

Si veritatē de anima cognouerimus valde magnū nobis erit introductoriū ad oēm veritatē:⁊ ad oēs partes philoſophię inſignes dat occaſiones. ¶ Ibidē.

Intellectu nihil ē diuinius. ¶ Themiſtius li.iij.đ aīa.

Ille intellectus q̄ plura intelligit nō eſt nobilior:Sed q̄ digniora. ¶ Themiſtius ſuper li.iij.đ anima

Conſideratio de anima:eſt conſideratio naturalis.
¶ Themiſtius ſuper.iij.li.de anima.

Intellectus non manet ſine voluntate.

¶ Laertt⁹ diogenes đ vita ⁊ moribus phōrum. Laer. Diog.

Thales Myleſi⁹ prim⁹ int̄ phos dr̄ de aſtrologia tractaſſe:⁊ prim⁹ aīas imortales poſuiſſe: ⁊ de nā diſputaſſe. ¶ Macrobi⁹ li.i.ſup.ſomno Scipionis. Macrobius

Animarū originē manare de cęlo inter phantes indubitate conſtat eſſe ſententię. Et hęc eſt pfecta ſapiētia: vt vnde orta ſit:de quo fonte venerit recognoſcat.
¶ Macrobius li.i.ſuper Somno Scipiōis.

Animas vero ex hac vita cuʒ delictorū ſordibus recedētes ęquādas his q̄ in abruptū ex alto pcipitiq; dilapſi ſunt vñ nunq̄ ſit facultas recedēdi. Ideo ergo vtēdū eſt cōceſſis vitę ſpacijs:vt ſit pfectę purgationis maior facultas. ¶ Macrobius li.vij.ſaturnaliū.

Tria ſunt enim q̄ ex animę prouidētia accipit corp⁹ animalis:vt viuat:vt decore viuat:⁊ vt imortalitas illi ſucceſſione quęrat̄. ¶ Cicero li.ij.de legibus. Cicero.

Quod aūt ex hominum genere cōſecratos ſicut Herculem ⁊ ceteros coli lex iubet:indicat oium quidē aīos immortales eſſe:Sed fortium bonorumq; diuinos.
¶ Cicero li.i.Tuſculanarum Queſtionum.

Ariſtoteles longe oibus(Platonē ſemper excipio.)prę ſtans:⁊ ingenio ⁊ diligētia:quū quattuor nota illa genera principiorū eſſet cōplexus:e quibus oia oriunt̄ quintā quandam naturā cenſet eſſe:e qua ſit mens.
¶ Cicero li.i.Tuſculanarum Queſtionum.

Maximū vero argumentū eſt naturā ipſam de imortalitate animorū tacitā iudicare: Quod omnibus curę ſunt:⁊ maxime qdē quę poſt mortes futura ſunt. Serit arbores quę alteri ſeculo proſint vt ait Ennius in Synephębis.Quid ſpectās niſi ēt poſtera ſęcl'a ad ſe ptinerē.Ergo arbores ſerit diligēs agricola quarū aſpiciet baccā ipſe nunq̄.Uir magn⁹ leges ⁊ inſtituta rei pu.ꝯſeret.Quid ꝓcreatio liberorū? Quid ꝓpagatio nominis?Quid adoptiōes filiorū?Quid teſtamētorū diligētia?Quid ipſa ſepulchrorū monumenta?Quid eulogia ſignant:niſi nos futura etiam cogitare.
¶ Cicero li.i. Tuſcu.Queſti.

Sin autē eſt quinta quędā natura ab Ariſtotele inducta primū hęc ⁊ deorū eſt ⁊ animorū. ¶ Cicero Ibidē.

Animorū nulla in terris origo inueniri pōt. Nihil.n.ē in animis mixtū atq; cōcretū aut quid ex terra natū atq; fictum eſſe videat̄. Nihil ne:aut humidū qdē

aut ſtabile aut igneũ? Mihi enĩ in naturis nihil ieſt qđ
vim memorię mentis: cogitationis habeat: qđ ⁊ p̄te/
rita teneat. ⁊ futura p̄uideat. ⁊ cõplecti poſſit p̄ſen
tia quę ſola diuina ſunt. Nec inuenitur vnq̄ꝫ vñ ad ho
minẽ venire poſſit niſi a deo.

℃ Cicero li. primo Tuſculanarum Queſtionuꝫ.

Nihil eſt animis admixtũ: nihil cõcretũ: nihil coaugmẽ
tatũ: nihil duplex: Qđ quũ ita ſit: certe nec ſecerni:
nec diuidi: nec diſtrahi põt. Nec interire igit̃. Eſt.n.
interit⁹ q̄ſi diſceſſus ⁊ ſecretio: ac direptus eaꝝ par
tium quę ante interitum iunctione aliqua tenebãtur.

℃ Cicero li. vlti. Tuſ. Queſtionum.

Humanus aũt animus d̃cerptus eſt ex mẽte diuina: cũ
alio nullo: niſi cũ ipſo deo (ſi hoc fas eſt dictu) cõpari
poteſt. ℃ Cicero in paradoxis.

Nihil eſt animo p̄ſtantius: nihilq̄ꝫ diuinius.

℃ Cicero in Catone maiore vel de ſenectute.

Eſt enim anim⁹ cęleſtis ex altiſſimo domicilio d̃preſſus
⁊ q̄ſi demerſus in terrã locum diuinę naturę ęternita
tiq̄ꝫ cõtrariũ. Sed credo deos imortales ſparſiſſe ani
mos i corpora humana: vt eſſent qui terras tuerent̃.
Quiq̄ꝫ cęleſtiuꝫ ordinẽ contemplantes imitarent̃ eũ
vitę mõ atq̄ꝫ cõſtantia. Nec me ſolũ ratio ac diſpu/
tatio impulit vt ita crederẽ: ſed nobilitas etiam ſum
morum philoſophorum ⁊ auctoritas.

℃ Cicero in Catone maiore vel de ſenectute.

Apud xenophõtem autem moriens Cyrus maior hęc di
cit. Nolite arbitrari mihi Chariſſimi filij me quuꝫ a
vobis diſceſſero nuſq̄ꝫ aut nullũ fore. Nec enĩ dũ erã
vobiſcũ animum meum videbatis. Sed quum eſſem
in hoc corpore: ex his rebus quas gerebã intelligeba
tis. Eundem igitur eſſe creditote: etiam ſi nulluꝫ vide
bitis. ℃ Cicero ibidem.

Mihi nunq̄ꝫ quidem p̄ſuaderi potuit animos dũ in cor/
poribus eſſent mortalibus viuere: quũ exiſſent ex his
emori. ℃ Saluſtius in Catilinario.

Saluſtius At ingenij p̄clara facinora: vti anima imortalia ſunt.

℃ Ibidem.

Phocylides Alterũ nobis cum dijs cõmune eſt. ſ. anima: Alteruꝫ cũ
beluis. ſ. corpus. ℃ Phocylides.

ψυχη δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. i.

Menander Anima aũt imortalis: ⁊ inſenſibilis viuit per omne tẽ/
pus. ℃ Menander

βέλτιον ἐστὶ σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν.

Melius eſt corpus q̄ꝫ animam ęgrotare. ℃ Idem.

ψυχῆς ἐπιμέλου τῆς σεαυτοῦ
κατὰ δύναμιν. id eſt.

Animam cura tui ipſius inquantum potes. ℃ Idem.

ψυχὴν ἐθίζε πρὸς τὰ χρηστὰ πράγματα. id eſt.

Ouidi⁹ Animam aſſueſce ad vtilia opera.

℃ Ouidius li. xv. metamorphoſeos.

Morte carent animę. ℃ Ouidius Triſtium li.

Singula quid referam. Nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingenijq̄ꝫ bonis.

Iuuenalis ℃ Iuuenalis ſatyra. xv.

Senſum a cęleſti demiſſum traximus arce.

Lucretius ℃ Lucretius.

Cedit enim retro de terra quod fuit ante
In terras: ſed quod miſſum eſt ex ętheris oris
Id rurſum cęli fulgentia templa receptant.

Manilius ℃ Manilius li. iiij.

An dubium eſt habitare deum ſub pectore noſtro?
In cęlumq̄ꝫ redire animas: cęloq̄ꝫ venire.

Francis. Petrarcha ℃ Franciſcus petrarcha cantilena. ij.

Lalma che ſol da dio facta gentile:
Che gia daltrui non po venir tal gratia
Simile al ſuo factor ſtato ritiene.

ANnus. g̃. ἐνιαυτός. ου. ὁ. ennos ⁊ ἔτος. etos dicitur.
Et teſte Feſto gręcũ eſt. Sunt tamen qui velint la
tinũ eſſe: vt Atteius capito teſte Macrobio li. primo
ſaturnaliũ: Qui annum ipſum a circuitu tẽporis di
ctũ putat: ab an quod eſt circũ ⁊ nonas: ⁊ Inde anno
nam deduci manifeſtũ eſt. Alij ab annulo q: inſtar an
nuli in ſe redeat Virg. Atq̄ꝫ in ſe ſua p vestigia volu/
tur annus.

Annus lunaris menſis eſt: q: luna paulominus q̄ꝫ men
ſem in zodiaci circuitione conſumit.

Annus ſolis dies. ccclxv. ⁊ quadranteꝫ continet qb⁹ ſol
zodiacũ luſtrat: Ita vt q̃rto quoq̄ꝫ ãno dies itercale
tur. hic ẽt magn⁹ dict⁹ eſt lunaris cõparatiõe. Virg.
Interea magnum ſol circumuoluitur annum.

Annus magnus continet duodecim milia quingẽtos: ⁊
q̄nquagintaquatuor annos ſolares vt teſtatur Cicero.

ANTICHRISTVS gręcum vocabulum eſt.
ἀντίχριστος. ου. ὁ. ἀντί. n. cõtra eſt. ⁊ Chri
ſtus: contra xp̃uꝫ. ℃ Aug. li. ij. de ci. dei Augu/
Alligatio diaboli non p̄mittit exercere totaꝫ ſtinus
tentationem q̄ꝫ poteſt vel fraudulenter. Qđ
ſi permitteretur in tam longo tempore ⁊ tanta infir/
mitate multorum: plures tales quales de⁹ id perpe/
ti non vult: ⁊ fideles duceret: ⁊ ne crederent impedi
ret. Quod ne faceret alligatus eſt. Tunc autẽ ſoluet̃
quando ⁊ breue tempus erit. Naꝫ tribus annis ⁊ ſex
mẽſib⁹ legit̃ ſathanas totis ſuis viribus ſęuitur⁹.

℃ Auguſtinus li. xx. de Ciuitate dei. c. xix.

Non veniet ad viuos: ⁊ mortuos iudicãdos Chriſt⁹ niſi
pri⁹ venerit ad ſeducendos in anima mortuos aduer
ſarius ei⁹ Antichriſtus. Sed in quo dei tẽplo ſeſſur⁹
ſit incertum eſt.

℃ Auguſtinus li. xx. de Ciuitate dei. c. xxix.

Helias quippe ante aduentũ iudicis ſaluatoris nõ ime
rito ſperat̃ eſſe venturus: qui etiã nunc viuere nõ im
merito credit̃. Curru nanq̄ꝫ igneo raptus eſt de reb⁹.
humanis qđ euidentiſſime ſcriptura ſancta teſtatur.
Quũ ergo venerit exponẽdo legem ſpiritualiter. quã
nunc Iudei carnaliter ſapiunt: conuertet cor patris
ad filiũ. i. corda patrũ ad filios: quũ intelligentiã pa
trum perducet ad filiorum intelligentiam.

℃ Auguſtinus de Ciuitate dei li. xx. c. vltimo

In iudicio vel circa iudiciũ has res dicimus eẽ vẽturaſ
Heliam Teſbyten fidẽ iudeoꝛuꝫ Antichriſtum perſe
cuturum: Chriſtũ venturũ ⁊ iudicaturum mortuoꝛuꝫ
reſurrectionẽ: bonoꝛuꝫ malorumq̄ꝫ direptionẽ: mũ
di conflagrationem: eiuſdemq̄ꝫ renouationeꝫ: quę oĩa
quidẽ ventura eſſe credenduꝫ eſt. Sed quibus modis
⁊ quo ordine veniet: magis tũc docebit reruꝫ experiẽ
tia: q̄ꝫ nũc ad perfectũ hominũ intelligentia valet cõ
ſequi. Exiſtimo tñ eo quo a me commemorata ſunt or
dine eſſe ventura.

℃ Auguſtinus ad Heliſeum epiſtola. lj.

Qui tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabi
tur ille iniquus quem dominus Ieſus interficiat ſpi
ritu oris ſui. Docet nos Antichriſtum manifeſtum fu
turuꝫ: Si quidem ipſum videtur aliquando euidẽtio
re ſignificatione tetigiſſe interficiendum ſpiritu oris
dei ieſu xp̃i. Sed poſt quantum temporis iſtud tem/
pus erit: nec ſaltem obſcure: locutus eſt.

℃ Hieronymus ſup illud Danielis. Beat⁹ q Hiero/
expectat ⁊ peruẽit vſq̄ꝫ ad dies. M. cccxxxv. nymus

Beat⁹ interfecto Antichriſto dies ſup numerũ p̄finitũ.
xlv. p̄ſtolat̃: quib⁹ dominus ⁊ ſaluator in ſua mate/
ſtate venturus eſt. Quare aũt poſt interfectioneꝫ An
tichriſti. xlv. dierũ ſilentiuꝫ ſit: diuinę ſcientię eſt: niſi
forte dicam⁹ q dilatio regni ſanctoꝝ patientię com
probatio eſt. ℃ Ambroſius ſup illud. ſecũdę ad Teſſa Ambro
lonicẽ. ſecũdo. Niſi venerit diſſenſio primuꝫ. ſius

Non pri⁹ vẽiet Chriſtus q̄ꝫ regni Romani defectio fiat
⁊ p̄eat Antichriſtus q interficiet ſanctos reddita Ro

manis libertate ſub ſuo tamen nomine.

Iſidor⁹ ¶ Iſidorus de ſummo bono.c.xxv.

Anteq̃ Antichriſt⁹ appareat: virtutes ab eccl'ia magnę ceſſabũt: Quatenus eã q̃ſi abiectiorẽ pſequatur audacius. ob hanc enim vtilitates ceſſabunt: ſub antichriſto ab eccleſia miracula ⁊ virtutes vt p hoc ſanctoꝝ clareat patiẽtia: ⁊ reproboꝝ qui ſcãdalizabuntur leuitas oñdatur: ⁊ pſequentiũ audacia ferocior efficiat̃.

¶ Iſidorus de ſummo bono.c.xxvi.

Tam mira fact⁹ eſt ꝓdigia ⁊ ſigna dũ venerit antichriſtus: vt ẽt electis quodã cordis gignat̃ ſcrupulũ qđ cito exuperet̃ in illis ratio: per q̃ ſciẽt in deceptione reproborum ⁊ lectorum probatione eadẽ fieri ꝓdigia.

¶ Iſidorus ibidem.

Grauius tunc cõtra eccl'iaȝ deſcendet ſynagoga: quã in ipſo ſaluatoris aduẽtu Chriſtianos eſt perſecuta: duȝ in martyres diabolus iam exercuerit magnã crudelitatẽ ẽt alligatus. Crudelior tamẽ erit ſub antichriſti temporibus: quãdo etiam erit ſoluendus. Naȝ ſi ligatus tanta facere potuit: quanta ſolutus faciet.

¶ Iſidorus ibidem.

Quãto breue tp̃us viderit ſibi reſtare. Diabolus vt dãnetur: Tanto in magna pſecutionis ira mouebit̃: Diuina iuſtitia permittẽte: vt glorificent̃ iuſti ſordident̃ iniqui: ⁊ vt Diabolo creſcat durior dãnatiõis ſnia.

¶ Iſidorus ethymologiarum.viij.

Antichriſtus Templũ: Hieroſolymis reparare: ⁊ oẽs veteris legis cęrimonias reſtaurare tentabit.

ANxietas grę. ἀπορία.ας.ἡ. ⁊ ἄπορος ου.ὁ. antri⁹ dicitur. Et eſt triſtitia aggrauans animum: vt nõ appareat aliquod refugium. Et quę a Io. Damaſceno dicit̃ Achos. Eademq̃ anguſtia eſſe videtur.

APpellatio grę. προσφορία.ας.ἡ. dicit̃. Et eſt a minore ad maiorem iudicem ꝓuocatio. ſm Cano.ij. q.vi. omnis oppreſſus. ⁊ ſe.c. Placuit.

APpetitus grę. ὄρεξις.ιος.ἡ. orexis dicitur. Eſtq̃ inclinatio appetentis in aliquod ſibi ſimile ⁊ cõueniens ſecundum.b. Tho. prima parte.q.lxxx.ar.i.

Apoſtaſia eſt retroceſſio ab his quibus homo coniungit̃ deo ⁊ eſt triplex.ſ.

- A ſupererogatione: vt a Clericatu religionis profeſſione.
- Generalis: Quũ voluntas retro cedit vniuerſalr̃ a mãdatis dĩ. Eccleſiaſtici.x. Initium ſupbię hominis apoſtatar̃ a deo: ⁊ Initium omnis peccati ſuperbia.
- A fide: Qñ retrocedit̃ oino a fide ſuſcepta ſcđę Petri.c.ij. Melius erat ei veritatem non cognoſcere: q̃ poſt cognitã retroire.

APoſtaſia gręcuȝ vocabulum: ἀποστασία.ιος.ἡ. defectio ⁊ rebellio eſt. Et eſt temerari⁹ a ſtatu fidei: obedientię eccleſiaſticę. vel religionis receſſus: ſcđm Alex. ſcđa ſcđę tractatu de Apoſtaſia.

Apoſtaſia a fide nõ ẽ ſpẽs infidelitatis: ſed eſt circunſtãtia ei⁹ aggrauãs eã. ſm.b. Tho. ſcđa ſcđę.q.xij.ar.i.

APOSTOLVS grę. ἀπόστολος ου.ὁ. dicit̃: nomen ab actu mittẽdi generaliter. Theologus tamen hoc nomẽ apoſtolus determinat admiſſos nũcios ſpeciales Chriſti: ⁊ adhuc ſingulariter ad perſonam Pauli refert̃ quãdo ſine adiectione dicitur. ¶ Iob.c.xxxvi.

Iob. Iudicium pauperibus tribuit.

Paul⁹. ¶ Paulus primę ad Corinthios.

Stulta enim mundi elegit deus: vt confundat ſapiẽtes.

Mattheus ¶ Matthęus.c.xi.

Abſcõdiſti hęc a ſapiẽtibus ⁊ prudẽtibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. ¶ Matthęus cap.xix.

Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.

¶ Iacobus.c.ij. Iacob⁹

Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo?

¶ Auguſtinus li.xviij. de ci. dei. Auguſtinus

Ignaros ſcientię ſecularis ⁊ illitteratos elegit ad apoſtolicã dignitatem: ⁊ Euangelicę pdicationis diſpenſationem vt quicquid magnum eſſet: ⁊ facerent: ipſe in eis eſſet ⁊ faceret.

¶ Augu. in ſermone apoſtolorũ Petri ⁊ Pau.

Quis iam nunc deſperet aut de humilitate generis? aut de magnitudine criminis? Quum videat ſic mundari ſe cęleſtis gratię fontẽ: vt ⁊ piſcatorẽ regibus pręponeret: ⁊ per ſecutores apoſtolis coęquaret. Ille enim dum paupertatẽ ſuam curat alimenta quottidiani victus quęrit in pelago: factus ẽ diues in Chriſto: cui reges: ⁊ natiões famulantur in ſęculo. Paulus vero dum vrget gladijs ſanctorum fidei ſuſcepit iugum: ⁊ magiſter factus eſt gentiũ forma martyruȝ: formido dęmonum: indultor criminũ: Fonſq̃ virtutum.

¶ Augu. in ſermone de apoſtolis.

Dedit dominus poteſtatẽ apoſtolis ſup naturã: vt eam curarent: ſuper dęmones: vt eos euerterent ſuper elementa: vt ipſa immutarent: ſup mortem: vt eã cõtemnerent: ſuper angelos: vt corpus domini cõſeruarẽt. Hęc etiã poteſtas data eſt eorũ ſucceſſoribus ſm illud Apocalypſis.vi. Hi habent poteſtatẽ claudendi cęlum ⁊ conuertendi aquam in ſanguinem.

¶ Auguſtinus ibidem.

Chriſtus Ieſus Petrũ ⁊ Andreã ⁊ alios p quos opat⁹ eſt ſalutẽ in medio terrę: nõ de foro Iuſtiniani: Sed de ſimplicitate piſcatoria legim⁹ aſſumpſiſſe. Inflat enim ſapiẽtia huius mundi: ⁊ legũ ventoſa loquacitas. Elegit non reges: non ſenatores: nõ phos: ſed plebeos: pauperes indoctos: piſcatores: ineruditos liberalibus diſciplinis: non peritos grãmatica: nõ armatos dialectica: nõ rhetorica inflatos. Piſcatores Chriſtus cum rhetib⁹ fidei pauciſſimos miſit: atq̃ ita ex omni genere tam multos piſces: ⁊ tam multo mirabiliores: quãto rariores: etiã ipſos philoſophos cepit.

¶ Auguſtinus ſuper Ioan. ſermone.l.

Quare dñs vnũ proditorẽ inter duodecim hẽre voluit? niſi vt malos tolleremus: ne corpus dñi diuidamus.

¶ Auguſtinus epiſtola ad Uoluſianum.

Ex pauciſſimis ⁊ imperitiſſimis ⁊ abiectiſſimis multiplicãt̃: nobilitãt̃: ſublimãt̃ copioſiſſima agmina: cariſſima ingẽia: cultiſſima eloqa doctoꝝ acutoꝝ: ac facũdoꝝ. ¶ Hieronym⁹ ad Nepotianũ ep'la.lxxxxv. Hieronymus

Apoſtoli gloriantur: q̃ oia dimiſerũt ⁊ ſecuti ſũt ſaluatorẽ: Et certe pter rhetia ⁊ nauẽ nihil legim⁹ dimiſiſſe. Et tamen teſtimonio futuri iudicis coronantur q̃ ſe offerentes totum dimiſerunt quod habebant.

¶ Hieronymus ſuper illud Matthęi.xviij.

Quęcunq̃ ligaueritis ſuper terram ⁊c.

Poteſtatem tribuit dominus apoſtolis: vt ſciãt qui dominantur: a talibus humanam ſententiam diuina ſententia corroborari.

¶ Hiero. ſup illud Matthęi. Uenite poſt me.

Piſcatores illitterati mittuntur ad pdicandum ne fides credentium. non virtute humana: ſed eloquẽtia ⁊ doctrina dei fieri putaretur.

¶ Idem epiſtola ad Exuberantiam.

Nemo apoſtolis pauperior fuit. Nemo tantum pro domino dereliquit.

¶ Ambroſius in homelia: ⁊ hẽtur di.v. fidelior. Ambroſius

Fidelior factus eſt Petrus: poſtq̃ fidẽ ſe pdidiſſe defleuit: atq̃ ideo maiorẽ gratiã reppit: q̃ amiſit. Tãq̃.n. bon⁹ paſtor tuendum gregẽ accepit: vt q ſibi añ infirmus fuit fieret oibus firmamentum: ⁊ qui ſe interrogationis tentatione mutauerat: cęteros verę fidei ſtabilitate fundaret. ¶ Ambroſius ſuper lucam.

Non ſapientes aliquos nõ diuites:nõ nobiles: ſed piſca
tores ⁊ publicanos elegit:ne traduxiſſe prudẽtia:ne re
demiſſe diuitijs:ne potẽtia nobilitat] auctoritate tra
xiſſe ad ſuã gratiã videref. vt veritatis ratiõ:nõ diſpu
tatiõis gratia p̄ualeret. Eligitur ⁊ Judas:nõ p im
prudentiã. Quanta enim eſt veritas:quã nec aduer
ſari⁹ miniſter infirmat? Uoluit Chriſtus deſeri:voluit
tradi:voluit ab apoſtolo ſuo prodi:vt tu a ſocio dẽſeri⁹
a ſancto prodit⁹:moderate feras tuũ erraſſe iudiciũ
periſſe beneficium.

Grego-rius ℭ Gregorius ſuper Euangelijs homelia.v.

Multũ dimiſit qui ſibi nihil retinuit. ℭ Jbidem.

Tanta a ſequẽtib⁹ ſunt dimiſſa: quãta a nõ ſequentib⁹
cõcupiſci potuerunt. Multũ ergo dimiſit q omni rei
poſſeſſę omni cõcupiſcẽtię renunciauit.

ℭ Gregorius ⁊ habef.xvi.q.i.Ex auctoritate.

Ex autoritate hui⁹ decreti qđ apoſtolico moderamine:
⁊ pietatis officio a nobis ẽ cõſtitutũ ſacerdotib⁹: mo
nachis:apoſtolorũ figurã tenẽtibus liceat pđdicare:
baptizare:communionem dare pro peccatorib⁹ orare
penitentiam imponere:atq; peccata ſoluere.

ℭ Gregorius de diſciplina ſan.

Omnipotens deus iccirco principẽ apoſtolorũ permiſit
cadere:vt in culpa ſua diſceret:qualiter alijs miſere-
Joan. ri deberet. ℭ Jo. chry.home.i. đ laudib⁹ Pauli.
chryſ. Paulus terrã ſimul atq; mare:grẽciã:ſimul atq; barba-
riẽ:omnemq; prorſus quãta eſt ſub ſole regionẽ quaſi
volucris circuiuit:nõ ſimplici labore velut i vacuũ iti
nera pcurrẽs. Sed pcõrũ ſpinas pariter euellẽs i ver
bũ pietatis vbiq; ſeminãs errores fugãs veritatẽ re-
ducẽs:ex hominibus angelos faciẽs:i quinimo ipſos
homines quaſi ex demonibus angelos proueheus.

ℭ Jo.chryſoſtomus.ibidem.

O mirabiles nobis fluuios genuit. Paul⁹ nõ ſʒ padiſi
fontẽ nouẽ tãtũ ẽt multo plures:ac quottidie fluen-
tes:nõ Terrã irrigantes:ſed animas hominũ:ad pro
ducẽda germina virtutũ ſuſcitantes: Quis igif ad
explicãda Pauli merita ſermo ſufficiet? Quę lingua
laudib⁹ eius inuenif ęqualis: Quũ oĩa q̃ ſunt i hoĩb⁹
bona anima vna poſſideat ⁊ ea cuncta plene atq; cu-
mulate:nec ſoluʒ hominũ:ſed ⁊ quod poti⁹ ẽ angelorũ

ℭ Jo.chryſoſtomus ibidem.

Paulus cęli ciuis:eccleſiarũ colũna: angelus terreſtris:
cęleſtis homo. Sicut enim miſſum in igne ferrũ totũ
pfecto ignis efficif. Sic Paulus charitate ſuccẽſus
2 tot⁹ effectus eſt charitas.

ℭ Jo.chryſoſtomus ſuper Mathęum.

Miſit Chriſtus apoſtolos:quaſi ſol radios ſuos:q̃ſi roſa
ſuauitates odoris ſui. Quaſi ignis ſcintillas ſuas diſ
pſit: Ut ſicut ſol i radijs apparet: ſicut roſa i odorib⁹
ſuis ſentitur:ſicut ignis in ſcintillis ſuis aſpicif: ſic i
illorũ virtutib⁹ Chriſti potẽtia agnoſcaf. Quis eniʒ
vidẽs diſcipulos bene inſtructos:nõ ſciẽtiã magiſtri
collaudat? Faciebat eniʒ mirabilia Chriſt⁹: Faciebãt
⁊ diſcipuli eius ⁊ inter mirabilium operationes ma-
ior fama virtutum creſcebat.

Iſidor⁹ ℭ Jſidorus in ſermone Petri ⁊ Pauli.

Merito Apoſtolis ſanctis attribuif: quod in ſapiẽtię li
bris legif: Hi ſunt viri miſericordię. Sũt eniʒ plane
viri miſericordię:ſiue quia miſericordiã cõſecuti: ſiue
quia miſericordia pleni ſiue quia miſericorditer a đo
donati ſunt nobis. ℭ Jbidem.

Scimus q viri iſti nec ſibi vixerũ:nec ſibi ſũt mortui: Sʒ
ei q pro ipſo mortuus eſt: i magis autẽ nobis oibus
pp illũ. Pro nobis facit eorũ vita eorũ doctrina: i ⁊ ẽt
mors ipſa: ⁊ in cõuerſione eminentiã:in pđdicatione
ſapientiam: i in paſſione ſua patientiam nobis beati
apoſtoli contulerunt:qui etiam vſq; hodie ꝯferre nõ
ceſſant miſericordia plenis ⁊ ſanctorũ orationũ fructi

bus. ℭ Leo pp̄ ⁊ habetur di.xix. Jta dominus. Leo
Jta dominus nr̃ Jeſus Chriſtus humani generis ſalua-
tor inſtituit:vt veritas q̃ antea legis ⁊ prophetarũ pręco
nio continebaf:per apoſtolicam tubas in ſalutẽ vni
uerſitatis exiret. Sicut ſcriptũ eſt. Jn omnẽ terrã exi
uit ſonus eorũ: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum.

ℭ Leo pp̄ in ſermone Petri ⁊ Pauli.

Igne ſpiritus ſancti, q̃ſi viuę lucis fonte chriſt⁹ apoſtol⁹
ſuos pfudit:vt ipſi poſtmodũ vniuerſum mundum tã
q̃ʒ duodecim ſolis radijs:ac totidẽ lampades veritatis
illuminarent: ⁊ inebriati nouo vino repleant atq; irri
gent ſcientia corda omnium populorum.

ℭ Maximus ep̄s in ſermõe eorundẽ apoſtolorũ. Maxi.

Paulus vltra humana rapt⁹ eſt ad tertiũ cęlũ. Cęleſtia
ſecreta cognouit:vt eccleſiaruʒ futur⁹ doctor iter an
gelos diſceret:quod inter homines pđdicaret.

ℭ Baſilius ſup illud Mathei.v. Uos eſtis Baſili⁹
lux mundi.

Veniẽte luce diei ęgritudines alleuianf: homines a ſõ
no excitantur:aues garriunt beſtię ad latibula ſua fu
giũt: Sic luce apoſtolorũ veniẽte mundus fuit ędifica
t⁹ in credendis: fęcũdat⁹ i opib⁹ bõis alleuiat⁹ pecca
tis:excitatus negligẽtijs animatus ad cõtẽplationẽ
cęleſtium:ereptus a poteſtate demonum.

ℭ Franciſcus petrarcha. Soneto.iiij. Fran.

Quel chen finita prouidentia ⁊ arte. Petrar
Monſtro nel ſuo mirabil magiſtero: cha
Che creo queſto ⁊ quellaltro hemiſpero
⁊ manſueto piu Joue che Marte:
Venendo in terra a luminar le charte
Chauean multãni gia celato il vero
Tolſe Giouanne da le reti ⁊ Piero
Et nel regno del ciel fece lor parte.
Di ſe naſcendo a Roma non fe gratia.
A Giudea ſi. Tanto ſopra ogne ſtato
Humiltade exaltar ſempre li piacque.

APricatio ab apricus venit qui grẽce ευηλιος.ου.ο.
euilios dicitur:eſt ſtatio ad ſolẽ:inde apricari ad
ſolẽ ſtare. Dicitur autẽ apric⁹ ab a qđ eſt ſine: ⁊ φρικη.
ης.η.phrici qđ eſt horror:vnde ⁊ aphrica q ea pe cali
da ſit.

APtitudo επιτηδειοτης.ητος.η. dr ⁊ ab aptus
grẽce επιτηδειος.ος.ο.η.epitedis dicitur. Et ẽ cõ-
uenientia:pulchritudo eleganiaq;.

AQua i grẽce.υδωρ.ατος.το. ⁊ υδωρ.ος.το. eſt
vnum q̃tuor elementorũ humidum ⁊ frigidum:
graue ⁊ deorſum ductile:facile effuſibile: ſʒ Joãnem
damaſcenum li.ij.c.ix.

ARbiter grẽce.κριτης.ου.το.ο. dici poteſt. ⁊ eſt ille
qui eligitur vt iudex ſcilicet vt pcedat ſeruato i
ſubſtantialibus ordine iudicij. ſm Jnno. in.c. Quin
tauallis de Jure iur.

ARchetypus dictio grẽca naʒ.αρχη.ης.η.pncipat⁹
⁊ τυπος.ου.ο.forma:dici poteſt pncipalis forma

ARchytectura eſt ſcientia ędificãdi. Uñ archytecto
res ⁊ archytecti dicunf q edificandi ſcientiã ha-
bẽt ab αρχη.ης.η.qđ eſt principiũ: ⁊ τεκτων.ονος.ο.
tecton Faber lignarius.

ARgutię ab argut⁹ dicunf: acute ⁊ malicioſe dicta
vel facta: Eſt eniʒ argut⁹ q eſt falſus:acutus: ⁊ cũ
lepore quodã q cupit dicẽs faciẽſq; q̃ſi acute arguẽs.

ARithmetica ſciẽtia eſt de nũeris tractãs dicta ab
αριθμος.ου.ο.quod eſt numerus. inuenta a Phe-
nicibus ob mercaturas: αριθμιω.etiam numero eſt.

ARma grẽ.οπλα.ων.τα.oplata dicuntur ⁊.οπλιτης.
ου.ο.armatus. Sunt autẽ arma cuiuſq; rei iſtru-
menta. Oĩa bellica Jnſtrumenta quibus hoſtes arce
ri poſſunt arma dicunf ab arcẽdo hoſte: vt Uarroni
placet. Quare fuſtes ſaxa:aliaq; hõiĩ arma eſſe Ca

ſus iuriſcõſult⁹ affirmat quotiẽs his ad hoſtes arcẽdos vtimur. Er ſũt itaqꝫ arma bellica ocreę calligę: lãceę: loricę thoraces: ſcorpiões: baliſtę aliaqꝫ hmõi qb⁹ i bello vtimur. Fraudes inſidiatis arma dicunt̃. Virg. Et quęrere cõſci⁹ arma. Ita ſtudioſorũ arma ſunt ſtilus pugillares: libriqꝫ. Et arma hęc oĩa dici reor q̃ armis .i. humeris oneri ſunt dũ gerunt̃. teſtibus Pompeio ꝛ Seruio.

ARrogantia: grece: λαζονεια. ας. η. ꝛ αλαζων. ονος. arrogans dicitur. Eſt autem arrogantia quędam filia ſupbię: qua qs multũ ſe exiſtimãs cęteros quos infra ſe videt deſpicit. ꝛ qbus nõ cõſulẽdo loqui: ſed vix dominando dignatur: vt hr̃ in decretis di. xlvij. c. i. vel ſic.

Arrogantia quę modeſtię contraria eſt: Eſt p quã temeritas atqꝫ impudẽtia vanã ſibi comparat autoritatẽ

Arrogãs eſt qui ſibi attribuit qđ nõ habet. ſm. b. Tho. ſcda ſcdę. q. cxij. ar. i. vel ſic

Arrogans eſt qui ſibi temere atqꝫ inſolenter tribuit quę in eo non ſunt.

ARrogatio: grece: θεσις. εως. η. dicit̃. Et eſt adoptio pfecta per quã qui filius nõ eſt p filio habetur: pene naturã imitãs. Differtqꝫ ſimplici adoptiõe. Qꝛ adoptio ſimplex eſt qua adoptat̃ filius nõ emãcipat⁹ q nec trãſit in poteſtatem adoptantis: nec ſuccedit in hęreditatẽ: niſi velit adoptãs. Et fieri põt ſine autoritate principis vel magiſtratus. Quorum oppoſita ſũt i Arrogatiõe. ex. b. Tho. iiij. ſen. di. xlij. q. ij. ar. i.

ARS g̃. τεχνη. ης. η. technis ꝛ τεχνικος. ου. os. technicos artificioſus dicitur. Et eſt principium agendi in alio ſm Ariſtotelem li. xij. Metaphiſicę.

Ars eſt habitus quidam faciendi cum vera ratione. ſm Ariſtotelem li. vj. ethicorum.

Ars eſt recta ratio factibiliũ: ꝛ habitus operatiuus. ſ3 b. Tho. prima ſcdę. q. lvij. ar. iij.

Ars eſt operis ratio omni adiuncta materia. Differt autem ars ab experientia ſecundum Ariſtotelem li. i. Metaphiſicę q̃ Ars eſt vniuerſalium: Experientia vero ſingularium.

Ars eſt rei cuiuſcunqꝫ ſcientia vſu: vel traditione: vel ratione percepta tendens ad vſum aliquez vitę neceſſarium. ſm Diomedem.

Ars eſt poteſtas viam .i. ordinẽ efficiens: vt Cleãtes voluit. ſm Fabium li. ij.

Ars eſt habitus quidã faciendi vera cum ratiõe: ſ3 Ariſtotelem. ethicorum li. vj.

Ars dicit̃ q̃ artis pręceptis ꝛ regulis cũcta cõcludat. vel απο της αρετης. i. a virtute: Quare veteres artẽ pro virtute appellarunt. ſm Diomedem.

¶ Ouidius. li. i. artis. — Ouidi⁹

Diſce bonas artes: moneo Romana iuuentus.

¶ Menander. — Menã.

λιμην ατυχιας εστι τοις ανθρωποις τεχνη. idest

Portus infelicitatis eſt hominibus ars. ¶ Idem.

τυχη τεχνην ευρηκεν. ου τεχνη τυχην. hoc eſt

Fortuna artem inuenit: non ars fortunam.

Articulus

- Fidei: ꝛ ſunt ſi de credibilia in Symbolo cõtẽta p pticas hũtẽs aliq̃ coaptatiõnẽ adinuicẽ diſtictã ptinẽtes ad
  - Maieſtatis Diuinę.
    - Vnitatem eſſẽtialẽ: — Credo in deum.
    - Trinitatẽ pſonarũ
      - Patrem omnipotentem.
      - Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicũ dñm noſtrũ.
      - Et in ſpiritum ſanctum.
    - Opatiões propriã.
      - Creatorem cęli ꝛ terrę.
      - Sanctam eccleſiam catholicam: Sanctorũ cõmunionem: Remiſſionem peccatorum.
      - Carnis reſurrectionem: Vitam ęternam.
  - Humanitatẽ Chriſti
    - Ingrediẽs mundũ.
      - Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto.
      - Natus ex Maria virgine.
    - Egrediẽs.
      - Paſſus ſub põtio pylato: crucifixus mortu⁹: ꝛ ſepult⁹.
      - Deſcendit ad inferos.
    - Exaltati.
      - Tertia die reſurrexit a mortuis.
      - Aſcendit ad cęlos: ſedet ad dexterã dei patris omnipotentis.
      - Inde venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos.
- Rhetoricus ſm Ciceronẽ. Quãn ſingula verba interuallis diſtinguunt̃ cęſa oratiõe. hoc modo. Acrimonia voce: vultu: aduerſarios perterruiſti.
- Grammaticus.
  - Grece
    - Prepoſitiuus: ꝛ ſunt. ο. η. το.
    - Suppoſitiuus: ꝛ ſunt. ος. η. ο.
  - Latie — Hic: Hęc: Hoc.

ARticulus grece: αρθρον. ου. το. arthron dicitur: ꝛ εναρθρος. ου. ο. η. articulat⁹. Et eſt coaptatio partium diſtinctarum. ſm. b. Tho. ſcda ſcdę. q. i. ar. vij.

AS grece. ασσαριον. το. libra eſt ſeu põdus duodecim vnciarum vt placet Varroni: cui⁹ partes ſũt vt infra.

Sextans tis: duas vncias ſignificat: eo quia ſit ſexta ps aſſis.

Quadrans tis: tres vncias ſignificat: qa ẽ q̃rta ps aſſis.

Triens tis: quattuor vncias: quia ẽ tertia pars aſſis.

Quincunx cis: qnqꝫ vncias. ꝛ dicitur a qnqꝫ ꝛ vncia.

Semis. m. g. q̃ facit genitiuo ſemiſſis ſex vncias ſignificat quaſi ſemi as. i. dimidium aſſis.

Septunx cis ſeptẽ vncias denotat: a ſeptem ꝛ vncia.

Bes vel des octo vncias ſignificat: dictũ q̃ dẽpt⁹ ſit in de triens. vel q̃ bis ſit triẽs: licet dura ſit cõpoſitio.

Dodrãs nouẽ vncias ſignificat: dictũ q̃ſi dẽpto q̃drãte.

Dextans tis: decẽ vncias: capit quaſi dẽpto ſextante.

Deũx cis: vndecĩ vncias ſignificat: q̃ſi dẽpta vncia ab aſſe qui libram ſignificat vt dictum eſt.

Aſſaſinus. grece: φονευς. εος. ο. phoneus dicitur. ꝓprie eſt qui nō ſubeſt dominio alicuius: ſed pro pecunia homines occidit ad alicuius inſtātiā et dicit a ſcindo is: q2 ſcindit animā a corpore ſm archi. in. c. pro humani. de homici. li. vi.

Aſperitas grę. σκληροτης τος. η. ſclirotis: et σκληρος. ου. ο. ſcliros aſper dicitur eſt autem aſperuz id in quo hęc pars quidem ſuperat: illa vero eſt inferior. ſm Ariſtotelem li. prędicamentorum.

Aſperum eſt cuius vna pars ſupereminet alteri. ſm. b. Tho. ſuper ſecundo de anima Lec. xvij. principio.

Aſſentatio grece. κολακεια. ας. η. colacia. et κολακευω. colaceuo aſſentor dicitur. Sunt autem aſſentatores qui in vita atq; omni vſu verborum et actuuz placendi ſtudio omnia laudant: nec aduerſantur putantes oportere minime moleſtos ſe cuiq; eſſe ſecundum Ariſtotelē li. iiij. ethicoruz. Diciturq; aſſentator ab aſſentor quod eſt adulor: et quaſi in omnibus conſenſum pręſto: vt eſt illud Terentianum: ait quis: aio negat quis: nego. Differunt autem hęc tria aſſentor: adulor: blandior: q2 aſſentari proprie eſt voce: vel laudando: vel aſſentiendo captare. Adulari quoquo modo: vel voce: vel geſtu fauorem quęrere. Blandiri ꝓprie tactu: verū ad alios quoq; ſenſus transfertur.

Aſſentire ab aſſentio quod et aſſentior dicit' in actiua ſignificatione grece. ομολογεω: homologeo dr̄: ē actus intellectus: Conſentire autem eſt actus voluntatis ſecundum bea. Tho. prima ſecundę. q. xv. arti. i. et iij. ſenten. di. xiij.

Aſtrologia eſt ſciētia d' aſtris et dicitur ab αστρον. ου. το. qd' ē ſydus. et λογος. ου. ο. ſermo: Diciturq; aſtronomia ab aſtron qd' ē ſydus: et νομος. ου. ο. lex et norma. Hęc primū inuēta dr̄ ab Atlante rege Mauritanię teſte Plinio li. vij. na. hiſt.

Aſtutia grę. πανουργια. ας. η. panurgia: et πανουργος. ου. ο. panurgos aſtut⁹ dicitur. Eſtq; proceſſus ad aliqd cōmunicādū ſimulatio aut apparētib⁹ vijs ſeu medijs. ſm. b. Tho. ſcd'a ſcd'e. q. lv. ar. iij.

Aſtutia eſt excogitatio nō verę vię ſed falſę et ſimulatę ad aſſequēdum aliquē finē bonū vel malū: ſcd'm eundē. Dicitur aūt aſtutia ab αστυ. εος. το. quod eſt vrbs Quoniam q in vrbibus aſſidue verſantur fiunt callidiores.

Attritio. grece. εκλειψις. εως. η. eclipſis. et contritio quę grece. συντριμμα. ατος. το. ſyntrimma dicitur: ſic differūt q2 attritio eſt diſplicētia iperfecta de peccatis cōmiſſis. Cōtritio aūt perfecta illud ab attero: hoc a contero dicitur.

Auaricia dupliciter dicitur (b. Tho. ſcd'a ſecūdę. q. cxviij.)

- Inordinat⁹ amor hn̄di diuitias: et ſic diffinitū eſt vnū d' vij. et opponit' liberalitati q̄ reddit moderat⁹ appetit⁹ hn̄di diuitias: et opponit' iuſticię q̄ reddit vnicuiq; qd' ſuū ē: et eſt peccatum
  - Mortale ar. iiij.
    - Quā qs accipit et retinz iniuſte res alienas. et ſic opponitur iuſticię et pertinet ad
      - Furtum
      - Rapinam.
      - Vſuram
      - Fraudē i ēptōnib⁹ et venditionibus
    - Qñ eſt adeo inordinat⁹ amor diuitiarū q' pręferē amori et dilectioni dei et ꝓximi.
  - Veniale ar. iiij.
    - Qñ iz ſit ſupflu⁹ et iordinat⁹ amor diuitiarū nō tn̄ pp eas qcq; ageret ꝯ charitatē dei et ꝓximi.
  - Capitale: Quia eſt caput aliorū multorū peccatorū. Et .n. ois ſuperfluus amor hn̄di diuitias aut excedit in ar. vij.
    - Retinēdo vnū orit' — Obduratio ꝯ miſericordiā q̄ et dr̄ ihumanitas ab auguſtino. et Iſidoro. Qua cor hois non emollit' vt ſuis diuitijs ſubueniat pauperi.
    - Accipiēdo et ſic ex ea oriuntur ſex. ſ.
      - Inquietudo mētis: q̄ ingeritur homini ſollicitudo diuitiarum et cura ſuperflua.
      - Violētia: q̄ qs i aggrēdis alienis iniuſte vtit' vi.
      - Fallacia: qua qs vtitur dolo ſimplici verbo.
      - Periuriū quo qs vtit' dolo iuramēti ꝯfirmatiōe
      - Fraus qua qs in rebus opere fraudē ꝯmittit.
      - Proditio: q̄ qs in ꝑſonis ope fraudē ꝯmittit vt patet de Juda.
  - Spūale quia multę ſūt ſpecies auarorū ſ'z philoſophū. iiij. ethicorum. Quia omnis auarus aut ar. iiij.
    - Deficit i dādo et ſūt ſpēs tres. ſ.
      - Parcus: qui parum dat.
      - Tenax qui nihil dat.
      - Ciminibilis q dat cū difficultate: et d' puis magnam vim facit quaſi cimini vēditor.
    - Excedit i acquirēdo dupliciter: ſ.
      - Turpiter lucrādo
        - Illiberaliū opatōnz operator: vt ē q pp lucrū vilia et ſeruillia opera exercet.
        - De meretricio paſtu: q lucrat' d' vitioſis actib⁹ ſic d' meretricio Terē. Quid leno dolis ꝯfingat auarus vel aliquis huiuſmodi.
      - Iniuſte lucrando qd' faciunt iiij gn̄a illiberaliū ſcilicet.
        - Vſurarij q lucrāt' d' grā ꝯcedēdis
        - Latrōes: q alienā lucrāt' viuis vi inferendo.
        - Spoliatores mortuorū: qui lucrātur mortuis vim inferendo.
        - Aleatores qui lucrant' amicis vim inferendo.
- Inordinatus amor habēdi de quo dicit beatus Gregori⁹ in homelia. Auaricia eſt non ſolum pecunię: ſed etiam ſcientię et altitudinis: quum ſupra modum ambitur ſublimitas. Et beatus Auguſtinus li. de libero arbitrio ſic dicit. Auaricia quę grece philargiria dicitur: non in ſolo argento et nummis: ſed in omnibus rebus quę imoderate appetuntur. Et ſic eſt generale peccatum: et non eſt vnum de ſeptem.

AVARITIA grece. φιλαργυρία æ. i. philargiria. et φιλάργυρος. ου. ο. auarus dicitur. Et eſt quarumlibet rerum inſatiabilis et inhoneſta cupido. ſecundum Augu. li. iij. de libero arbitrio. et Theolog. in. ij. ſen. di. xxij. precipue ſertim. b. Tho. ſecunda ſcḋe. q. cxviij. arti. ij. et Albertum magnum in compendio Theologie li. iii. cap. xviij.

Auaritia generaliter eſt inordinatus amor habendi: ſm b. Tho. prima parte. q. lxiij. ar. ij.

Auaritia eſt opinio vehemēs de pecunia quaſi valde expetenda ſic inherens et penit⁹ inſita. ſm Ciceronē li. Tuſcula. queſti. iiij.

Auaricia ſuperabundat in amando: acquirēdo: et retinendo: ſed deficit in dando.

Exodi

Exodi capitulo. xxi.

Non concupiſces domum proximi tui.

Deuteronomij

Deuteronomij cap. xxv.

Nō habebis in ſacculo diuerſa pōdera: maius et minus. Nec erit in domo tua modius: maior et minor. Pōd⁹ habebis iuſtū et verū et modius equalis et verus erit tibi: vt multo viuas tēpore ſup terrā. quā domin⁹ de⁹ tuus dederit tibi. Abominabitur enim dominus eū q facit hoc: et aduerſatur omnem iniuſticiam.

Ibidem. c. xxvij.

Maledict⁹ qui trāſfert terminos proximi ſui: Et dicet omnis populus Amen. Prouerbiorum cap. i.

Sic ſemite omnis auari animas poſſidētium rapiunt.

Ibidem cap. xi.

Alij diuidūt propria: et ditiores fiunt. Alij rapiūt nō ſua et ſemper in egeſtate ſunt. Ibidem.

Qui confidit in diuitijs ſuis corruet.

Ibidem cap. xiij.

Subſtantia feſtinata minuetur. Que autē paulatim colligitur manu multiplicabitur.

Prouerbiorum

Prouerbiorum. cap. xv.

Conturbat domū ſuā qui ſectatur auaritiam: qui autez odit munera viuet.

Prouerbiorum cap. xxi.

Qui cōgregat theſauros lingua mēdacij: van⁹ et excors eſt: et impingetur ad laqueos mortis.

Prouerbiorum cap. xxij.

Qui calumniatur pauperē: vt augeat diuitias ſuas: dabit ipſe ditiori et egebit. Prouerb. cap. xxiij.

Ne erigas oculos tuos ad opes: quas nō potes hēre: qr facient ſibi pēnas quaſi aquile: et volabūt in celum.

Ibidem.

Ne attingas paruuloꝝ terminos: et agrū pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: et ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.

Prouerbiorum cap. xxvij.

Infernus et pditio nunq̄ replētur. Similiter et oculi hominū inſatiabiles. Prouerb. cap. xxviij.

Qui odit auaritiā longi fient dies eius. Ibidem.

Qui feſtinat ditari non erit innocens. Ibidē.

Vir q feſtinat ditari. i. et alijs inuidet: ignorat q egeſtas ſuperueniet ei. Eccleſiaſtici cap. v.

Eccleſiaſtici

Auarus nō implebitur pecunia: et q amat diuitias fructum non capiet ex eis. Eccleſiaſtes cap. x.

Pecunie obediūt omnia. Eccleſiaſtes cap. iiij.

Nō ſit porrecta man⁹ tua ad accipiendum: et ad dandū collecta. Eccleſiaſtici cap. x.

Auaro nihil eſt ſceleſtius. Ibidem.

Qui in conſpectu populi male viuit: quātum in illo eſt eū a quo attenditur occidit. ¶ Ibidem.

Omnis q male viuit in conſpectu eorū qbus ꝓpoſitus eſt: quantū in ipſo eſt occidit: ⁊ forte q imitat̄ morit̄ qui nō imitat̄ viuit: ⁊ tamē quantū ad illū pertinet ambo occidunt. ¶ Augu. lib. de ouibus.

Non tantū curemus hr̄e bonā cōſcientiā: ſed ꝗtu₃ pōt nr̄a infirmitas: quantū vigilantia fragilitas humanę curemus nihil ēt facere qḋ veniat in malā ſuſpitionem infirmo fratri. ¶ Hieronymus epiſtola. ix.

Qui in Chriſtū credimus Chriſti ſectemur exempla.

¶ Hiero. ⁊ hētur. xxiiij. q. iij. Reſecandę.

Reſecandę ſunt: putridę carnes: ſcabioſa ouis a caulis repellenda. Unde ſupra in Excōmunicatio.

Hiero. ¶ Hieronym⁹: ⁊ habetur. viij. q. i. Qualis.

Qualis. n. erit ędificatio diſcipuli: ſi intelligat magiſtro ſe eē maiorē: vn̄ nō ſolū epiſcopi: ꝑſbyteri: ⁊ diacones debēt magnopere ꝓuidere: vt cunctū populū cui ꝓſident cōuerſatione ⁊ ſermone pręeant: verūetiā inferior grad⁹ exorciſtę: lectores: cuſtodes ędiu₃ acolythi: ⁊ oēs omnino qui domui dei dſeruiunt: qꝛ vehementer eccleſiā dei deſtruit: meliores laicos eſſe ꝙ̄ clericos.

¶ Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum.

Domus epiſcopi ⁊ conuerſatio quaſi in ſpeculo poſita magiſtra eſt publicę diſciplinę: quicquid fecerit id ſibi omnes faciendum putant.

¶ Hiero. in epiſtola. ⁊ eſt in glo. i. Thimothei. iij.

Sancta ruſticitas ſolū ſibi prodeſt: ⁊ quātū ędificat exēplo ⁊ vitę merito eccleſiā Chriſti nocet ſi deſtruētib⁹ non reſiſtat. Innocēs abſqꝫ ſermone cōuerſatio quantū exemplo ꝓdeſt tantū ſilentio nocet. Nā latratu canū: ⁊ baculo paſtoꝝ deterrenda eſt rabies luporum.

Ambroſ. ¶ Ambroſius ſuper beati Immaculati.

Eſt inſitū bonis vt caſtum pudicus: prudentem ſapiēs: miſericors liberalē affectu pio diligat: ⁊ virtutes ſuas in alijs amet. In pleriſqꝫ iuſti aſpectus iam monitio correptionis eſt: perfectionibus lętitia eſt.

¶ Greg. Januario epo: ⁊ hētur. ii. q. vii. Paulus.

Grego. Paulus dicit. Seniorē ne increpaueris: Sed hęc ei⁹ regula tūc eſt obſeruāda quū culpa ſenioris ſuo exēplo nō trahit ad interitū corda iuniorū: vbi aūt ſenior iuuenibus exemplū ad interitū ꝓbet: ibi diſtricta increpatione feriēdus eſt. Nā ſcriptū eſt: laqueus iuuenū oēs vos: ⁊ rurſus: maledictus puer centum annorū.

¶ Grego. Joanni epo cōſtantinopolitano: ⁊ habetur. Di. xxii. Conſtantinopolitana.

Ego etiā minores meos quos ab illicitis ꝓhibeo: cū bono imitari paratus ſum. Stultus enim eſt q ſe in eo primū exiſtimat: vt bona q̄ viderit diſcere cōtemnat.

¶ Gregorius lib. i. moralium.

Quum maiores voluptati deſeruiunt: nimirum minoribus laſciuię frena laxantur. ¶ Idem mor. li. ix.

Bona q̄ facere ipſi negligim⁹: hęc ad correctionē nobis deus ab alijs fieri demonſtrat: vt q pręceptū nō attēdimus ſaltē exēplis excitemur: atqꝫ in appetitu rectitudinis: nil ſibi mēs nr̄a difficile exiſtimet: qḋ pfecte peragi ab alijs videt. ¶ Grego. lib. x. moraliu₃.

Nullū ego ꝯſiliū melius arbitror: ꝙ̄ ſi exēplo tuo fratrē docere ſtudeas q̄ oporteat fieri: ꝓuocās eū ad meliora: ⁊ conſulens ei: neqꝫ verbo: neqꝫ lingua: ſed opere ⁊ veritate. ¶ Gregorius lib. xix. mor.

Quid eſt ꝙ oīpotens de⁹ ⁊ virtutes ſuas taceri voluit: ⁊ tn̄ ab his q illuminati ſunt ꝗſi inuitus iudicat̄: niſi ꝙ ſeruis ſuis exemplū dedit: vt ipſi virtutes ſuas occultari ꝯſiderēt: ⁊ tn̄ vt alij eorū exēplo ꝓficiāt ꝓdātur inuiti facta ſua occultāda ſe ipſos cuſtodiūt. S₃ dū ꝓdunt̄ inuiti bona ad ꝓximos extra trāſmittant occultent̄ igit̄ ſtudio: ſed neceſſitate publicent̄: ⁊ eorū occultatio ſit cuſtodia propria: eorū publicatio ſit vtilitas aliena. ¶ Grego. lib. xxiiij. moraliū.

Volantia aīalia ſe viciſſim feriūt alis ſuis. Q: ſanctorū mētes in eo ꝙ ſuperna appetūt: cōſiderātes inuicem alternis virtutib⁹ excitant̄. Ala. n. ſua me ꝑcuſſit: qui exēplo ſanctitatis me ad meli⁹ accēdit: ⁊ ala meū vicinum aīal ferio: ſi quādo alteri opus bonū qḋ imitatur oſtendo. ¶ Gregorius moraliū lib. xxx.

Qui pleniſſime intelliger appetit q̄lis ſit: tales d₃ aſpicere q̄lis nō eſt: vt in bonorū forma metiat̄: quātum ipſe de ſubiecto difformis eſt. Juſtorū enim ſpecies ꝗſi ꝗda₃ forma nobis imitanda ꝓponit̄. Lectio hęc bonorū vita. ¶ Grego. in morali. ſuꝑ illud. Job. xxx. Si qn̄ ridebam ad eos: non credebant.

Dum nos quaſi licenter lętos aſpiciūt ſubditi ipſi ad illicita reſoluuntur. ¶ Idem lib. i. Dyalogoru₃.

Sunt nōnulli quos ad amorē cęleſtis patrię pl⁹ exēpla ꝙ̄ ꝑdicamēta ſuccendūt. ¶ Grego. in Paſtorali.

Plerūqꝫ cōtingit: vt qui negligenter de ſe male opinari permittant: per ſemetipſos nulla quidē vnꝗ̄ faciūt: ſed tn̄ per eos qui in ſe imitati fuerint multiplicius delinquunt. ¶ Gregorius in Paſtorali.

Qui bona occulte faciūt ⁊ cū qbuſdā facti publice mala de ſe opinari ꝑmittūt: quū ſeipſos recte virtute viuificāt: alios in ſe ꝑ exēpla male ęſtimationis occidūt: ⁊ quū ſalubris vini potū ſorbeāt: peſtiferi veneni poculum alijs infundunt. ¶ Grego. in paſtorali.

Nemo amplius in eccl̄ia nocet: ꝙ̄ q ꝑuerſe agēs nomē vel ordinē ſanctitatis h₃. Delinquētē tāqꝫ hūc redarguere null⁹ ꝓſumit: ⁊ in exēplis culpa vehemēti⁹ extēdit̄: qn̄ ꝓ reuerentia ordinis peccator honoratur.

¶ Gregorius in fine paſtoralis de ſeipſo.

Dum monſtrare qualis debet eſſe paſtor in vigilio: pulchrum depinxi hominem pictor fędus.

¶ Gregorius ſuper Ezechiel. homel. vi.

Qui i occulto bn̄ viuit: ſ₃ alieno ꝓfectui minime ꝓficit: carbo eſt: q vō in imitatōe ſanctitatis poſitus lumen rectitudinię ex ſe multis demōſtrat: lāpas ē: qꝛ ⁊ ſibi ardet ⁊ alijs lucet. ¶ Gregorius homelia. xxv.

Perpēdo Petrū: ꝯſidero Latronē: aſpicio Zacheū: ⁊ nihil in illię aliud video: niſi an̄ oculos nr̄os poſita ſpei ⁊ pęnitentię exēpla. ¶ Greg. in homelia ſuꝑ euāgel.

Quū clerū videmus āmonendus eſt: quatenus ſic viuat: vt exēplū vitę ſecularib⁹ ꝓbeat: ne ſi quid in illo repręhendit̄ ex ei⁹ officio ipſa religionis nr̄ę ęſtimatio grauetur. ¶ Joānes Chryſo. ⁊ hētur Di. xli. cap̄. Multi Sacerdotes. Joan. Chryſ.

Ideoqꝫ malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acqrit nō dignitatē. In iudicio enim tuo ſedes: ſi qdē bene vixeris: ⁊ bn̄ docueris populū inſtruis: ſi bene docueris: ⁊ male vixeris tui ſolus cōdemnator eris. Nā bene viuēdo ⁊ bene docēdo populū inſtruis qūo viuere debeat: bene aūt docendo: ⁊ male viuendo deū inſtruis: quomodo te debeat condemnare.

¶ Iſidor⁹ de ſūmo bono lib. i. pte. ij. cap̄. xl. Iſidor⁹

Qui ſanctu₃ virū imitatur: ꝗſi exemplū aliquod intuetur: ſeſeqꝫ in illo quaſi ſpeculo ꝓſpicit: vt adijciat qḋ deeſſe virtutis agnoſcit. Minus eni₃ ſeipſum homo ex ſeipſo conſiderat. Sed du₃ alteꝝ intendit: id quod minus eſt virtutis addidit.

¶ Jſidorus in ſino. ſoliloquiorũ lib.i.ca.x.

Aſpice ex alio tormento quod timeas. Reſpice in alieno exitio qđ paueſcas. Euita foueam in qua aliũ videris cecidiſſe coram te. Pericula aliena in te pertimeſce. Quę verbis doces exemplis oſtende.

¶ Jſidorus ſoliloquiorũ lib.ij.cap.iij.

Vita malos: caue iniquos. Si fueris ſocius ↄuerſatiõis eris ꝛ virtutis. Similis ſimili ↄiungi ſolet. Vitã cũ malis ducere periculoſum eſt: ꝛ cũ his q̃ vtrauę voluntatis ſunt ſociari. ¶ Jſidorus de ſummo bono li.ij.

Maioris eſt culpę manifeſte q̃ occulte peccare: dupliciter.n.reus eſt qui aperte delinquit: qꝛ ꝛ agit: ꝛ docet.

¶ Bernardus in ſermone.

Ber. Non tibi videtur grauiorẽ Chriſtus ſuſtinere perſecutio, nem: qui ſuggeſtione maligna exẽplo pernicioſo ſcandali occaſione ab eo peruertit animas quas redemit q̃ a Judeo qui ſanguinem ſuum fudit.

¶ Bernardus in ſermone.lvi.

Sermo quidem viuus ꝛ efficax exemplũ operis eſt: plurimũ faciens ſuaſibilem: tunc quũ intendimus quod dicitur: dum monſtratur ſcibile quod ſuadetur.

¶ Bernardus in epiſtola.lxxij.

Pulcherrimus ordo eſt ꝛ ſaluberrimus: vt onus qđ portandũ impõis: tu portes prior: ꝛ ex te diſcas qualiter oportear alijs moderari. ¶ Leo papa in ſmõe đ ieiunio.

Leo. Validiora ſunt exempla q̃ verba. ꝛ plenius opere docetur: q̃ voce. ¶ Hugo de clauſtro animę lib.ij.

Hogo Sic luceat lux veſtra coram hominibus: ꝛ ex hoc autem fit: quando apparet miſericordia in affectu: benignitas in vultu humilitas in habitu: modeſtia in cohabitatione: patientia in tribulatione.

¶ Caſſiodorus lib.i.epiſtolarũ.epiſtola.xxxviij.

Caſſio: Illi prudentiores ſunt ſemper habiti: qui multorũ hominum conuerſationibus probantur eruditi.

¶ Caſſiodorus lib.v.epiſtolarum.

Clarus enĩ ſuas maculas reddũt: ſi illi ad quos multi reſpiciũt aliqua reprehẽſiõe ſordeſcũt. Alioquin expedit nõ videri q̃ cunctorũ irriſione ſignari. Omnes ergo qui grauiorũ celſa petimus vitiorũ: humilia deſeramus: ſit in nobis frõs libera: vt aliorũ poſſimus emẽdare peccata: ęquat crimen omne qđ inquinat: ꝛ ideo diſſimilis ab accuſato debet eſſe qui iudicat.

¶ Caſſiodorus lib.v.epiſtola.xliiij.

Inſtructus redditur animus in futuris: quãdo preteritorum commouetur exemplis.

¶ Caſſiodorus lib.x.epiſtola.xiij.

Res minor ad potioris currit exẽplum: ꝛ alieni facti in te iudicem ſuſtinet: qui peccatis preſtat exempla.

¶ Caſſiodorus lib.xii.epiſtola.iij.

Lactã. Nemo amplius acquirit: q̃ qui ſe bona conuerſatione tractauerit. ¶ Lactantius fir.lib.iij.diui. Inſtitutionũ aduerſus gentes.

Qui docent tantũ nec faciunt ipſi pceptis ſuis detrahunt. Bonũ eſt aũt recta ꝛ honeſta precipere: ſꝫ niſi ꝛ facias mendaciũ eſt: ꝛ incongruens atq; ineptũ nõ in pectore. Sed in labiis habere bonitatẽ. Qui nimium parcus eſt diſcit aqua ꝛ polẽta vitã poſſe tolerari. Qui odit vxorẽ huic enumerant cęlibus bona. Habẽti malos liberos: orbitas pdicat: aduerſus impios parentes nullũ vinculũ eẽ naturę: litterę licet paucę ſint: varie tamen collocatę innumerabilia verba cõſiciũt: non enim fas aut eũ qui ſceleratus in vita feliciter effingere qđ meretur: aut eum ob iuſticiã miſerrimus fuerit ſua mercede fraudari.

¶ Innocentius pp. ꝛ hẽtur di.xx. De quibus cauſis.

Inno. Sanctorum exempla perſpicacius recordamini.

¶ Seneca ad Lucillium epiſtola.xiiij.

Seneca Id agamus: vt meliorẽ vitã ſequamur: q̃ vulgus: nõ vt ↄtrariã. Alioquin quos emendare volumus fugamus a nobis ꝛ auertimus. Illud quoque efficimus: vt nihil imitari velint nr̃i: dum timent ne imitanda ſint oĩa. Hoc primũ philoſophia promittit ſm oẽm humanitatem ꝛ congregationẽ: a qua profeſſione diſſimilitudo nos ſeparabit. Uideamus ne iſta per quę admirationem parere volumus ridiculoſa ꝛ odioſa ſint.

¶ Seneca epiſtola.xxv.

Prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe: ꝛ hr̃e quem reſpicias: hoc quidẽ longe magnificentius ſic viuere: tanq̃ ſub alicuius boni viri ac pſentis oculis: quiꝫ tam pfeceris tñ: vt ſit tibi ẽt tui reuerẽtia: ꝛ donec te eum feceris cum quo peccare nõ audeas.

¶ Seneca in prouerbijs.

Dignus tibi ſis: corã te peccare pudeat: diſcipulus ẽ prioris poſterior dies. Ex vitio alterius ſapiẽs emẽdat ſuũ. Optimũ ẽ maiorũ ſeq vestigia: ſi recte pceſſerint.

¶ Seneca in prouerbijs.

Bonum eſt in malum alieno fugienda tueri.

¶ Seneca de ſententijs oratorum.

Si bene egeris: ipſe tibi perſonę autoritatẽ dabis. Uiri boni eſt ſcire pati nec facere iniuriã. Autor malus bonam rẽ turpẽ facit. ¶ Seneca lib. de Clamationũ.

Filius quid imitandum ſit docetur exemplo.

¶ Seneca Tragedia.vi.

Ferre quam ſortem patienter omnes
Nemo recuſat. ¶ Ariſtoteles lib.i.poetricę. Ariſto.

Exemplis vtimur in docendo: vt facilius intelligatur quod dicitur. ¶ Ariſtoteles lib.i.priorum.

Exempla nõ ponimus: qꝛ ita ſint: ſꝫ vt ſentiãt adiſcẽtes.

¶ Ariſto. lib.ij. de cęlo ꝛ mundo.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

¶ Ariſtoteles lib.ix. Ethicorum.

Accipere virtutes virtuoſorum beatiſſima eſt vita.

¶ Ariſtoteles lib.ix. Ethicorum.

In oĩbus oportet imitari meliorẽ: vel quod melius eſt.

¶ Ariſtoteles lib.x. Ethicorum.

Magis mouent exempla q̃ verba. ¶ Ibidem.

In actionibus humanis minus creditur ſermonibus q̃ operibus. ¶ Ariſtoteles ibidem.

Quando ſermones diſſonant in operibus ſenſibiliter, tũc cõtemnuntur. ¶ Ariſto. lib.vij. politicorũ.

Iuuenes ſunt cuſtodiendi: vt nec dicant: nec audiant malum: vel turpe aliquod: quia ex dicere ꝛ audire aliqđ turpium de facili fit facere aliquod turpe.

¶ L. Dioge. de vita ꝛ moribus philoſophorũ. L.Dio.

Interrogatus Solon q̃lis dꝫ eſſe populi rector reſpondit: populi rector prius ſe q̃ populũ rectificare debet. Alioquin erit velut qui vmbrã curuã rectificare conatur prius q̃ virga curua vmbram faciens recta fiat.

¶ L. Diogenes de vita ꝛ moribus phorum.

Per viam publicã ne ambules: id eſt ne multorũ ſequaris errores Pythagoras dicebat. ¶ Ibidem.

Quũ Uirgilio ab imperitis obijceretur: q alienos verſus ſuo operi inſerebat: reſpondit: magnorũ virorum eſt clauam extorquere de manu Herculis.

¶ Plutarchus in apophthegmatibus. Plutar.

Alexander adhuc puer quũ ꝛ leuitatis corporis ꝛ pedũ velocitate plurimũ valeret: hortatus a pr̃e: vt in Olympiacis ludis ſtadium curreret: ait: facerem id quidem: ſi cum regibus mihi certamen futurũ eſſet. ¶ Idem.

Preterea quũ Alexander res geſtas legeret: ꝛ collachrymauit dixitq; ad amicos: is quũ hac eẽt ętate Dariũ vicit: mihi vero in hanc vſq; diem geſtum eſt nihil.

¶ Macrob. ſaturnaliũ lib.vi. Macrobius

Conſiderandũ hũc eſſe fructũ legendi: ęmulari ea q̃ in alijs pbes: ꝛ q̃ maxime inter aliorũ dicta mireris in aliquẽ vſum tuũ opportuna deriuatione cõuertere. Quod ꝛ nr̃i tã inter ſe q̃ ex Grecis: ꝛ Grecorũ excellẽtes inter ſe ſepe fecerunt. ¶ Idem ſatur. lib.vij.

Plebeia ingenia magis exemplis: q̃ oratiõe capiuntur.
Cicero ¶ Cicero libro officiorum.
Plerumq; autem pręceptis parentum imbuti ad eorũ cõſuetudinẽ moremq; deducimur.
¶ Idem Rhetoricorum lib. ii.
Exemplum vitioſum eſt: ſi aut falſum eſt: vt reprehendatur: aut ſi improbum: vt non ſit imitandũ: aut maius aut minus: q̃ res poſtulat.
¶ Cicero Rhetoricorum nouorum lib. iiij.
Hoc ipſum maximũ artificiũ ẽ in arte ſua poſſe alienis exemplis vti. ¶ Cicero ibidem.
Nam rerũ omnium imperiti qui vniuſcuiuſq; rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt. hij per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem. At hij qui ſciunt quid alijs acciderit facile ex eorũ euẽtibus ſuis poſſunt rationibus prouidere.
Vale. maxi. ¶ Vale. Maxi. lib. ii. ti. de Inſti. antiquis.
Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia ſuperiorũ opera carmine comprehenſa pangebant. quo ad ea imitanda virtutem Iuuenum alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius? quid hoc vtilius certamine? Pubertas canis ſuũ decus reddebat: defuncta virium curſu ętas ingredientes actuoſam vitam fauoris nutrimentis proſequebatur. ¶ Ibidem.
Spectandi conſuetudo etiam imitandi licentiã ſumit.
Q. Curtius ¶ Q. curtius de geſtis Alexandri lib. vi.
Liberior eſt inter mutuas querelas dolor.
L. Apuleius ¶ Lucius Apuleius de deo Socratis.
Plaut. Quin nos quoq; Socratis exemplo & cõmemoratione erigimur. ¶ Plautus in pſeudulo.
Probum eſſe patrem oportet qui gnatũ ſuũ eſſe probiorẽ q̃ ipſus eſt poſtulat. ¶ Plautus in pſeudulo.
Claudi. Id ne tu mireris ſi patrizet filius? ¶ Claudianus.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
Ouidi. ¶ Ouidius de ponto lib. iij. elegia. ij.
Dum feriunt vnum non vnum fulmina terrent.
Iunctaq; percuſſo turba pauere ſolet.
Quumq; dedit paries venturę ſigna ruinę
Solicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non e timidis ęgri contagia vitat?
Vicinum metuens ne trahat inde malum.
Sic agitur cenſura: & ſic exempla parantur.
Quum videas alios quod mouet ipſe facit.
Hora. ¶ Horatius carminum lib. iij. ode. v.
Hoc cauerat mens prouida Reguli
Diſſentientis conditionibus
Fędis: & exemplo trahentis
Perniciem veniens in ęuum:
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes. ¶ Horati. ſermonũ li. i. Satyra. i.
Paruula nam exemplo eſt magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; poteſt: atq; addit aceruo
Quem ſtruit. haud ignara ac non incauta futuri.
Iuue. ¶ Iuuenalis Satyra. xiiij.
Plurima ſunt Fuſcine & fama digna ſiniſtra
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus.
Quę monſtrat ipſis pueris traduntq; parentes.
Si damnoſa ſenem iuuat alea: ludit & hęres
Bullatus: paruoq; eadẽ mouet arma fritillo. ¶ Ibidẽ.
Expectas vt non ſit adultera large
Filia: quę nunq̃ maternos dicere męchos.
Tam cito: nec tanto poterit contexere curſu.
Vt non terdecies reſpiret: conſcia matri
Virgo fuit: ceras nunc hac dictante puſillas
Implet: & ad męchos dat eiſdem ferre cynedis.
Sic natura iubet: Velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica. ¶ Ibidẽ.
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt.
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpę.

Abſtineas igitur damnis huiuſce: etenim vel
Vna potens ratio eſt: ne crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes ſumus: & Catilinam
Quocunq; in populo videas: quocunq; ſub axe.
Sz nec Brutus erit: Bruti nec auũculus vſq̃. ¶ Ibidẽ.
Nil dictu fędum: viſuq; hęc limina tangat
Intra q̃ puer eſt: procul hinc: procul inde puellę
Lenonum: & cantus pernoctantis paraſiti. ¶ Ibidẽ.
Maxima debetur puero reuerentia: ſi quid
Turpe paras: ne tu pueri contempſeris annos.
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit ira.
Quandoquidem & ſimilem tibi ſe non corpore tantũ
Nec vultu dederit: morum quoq; filius: & quum
Omnia deterius tua per veſtigia peccet.
Corripies nimirum & caſtigabis acerbo
Clamore: aut poſt hęc tabulas mutare parabis:
Vnde tibi frontem libertatemq; parabis.
Quum facias peiora ſenex: vacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita q̃rat.
¶ Iuuenalis ſatyra. xiiij.
Hoſpite venturo ceſſabit nemo tuorum.
Verre pauimentum: & nitidas oſtende columnas.
Arida cum tota deſcendat aranea tela.
Hic lauet argentum: vaſa aſpera tergeat alter.
Vox domini fremit inſtantis: virgamq; tenentis.
Ergo miſer trepidas ne ſtercore fęda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici:
Ne perfuſa luto ſit porticus: & tamen vno
Semodio ſcobis hęc emendat ſeruulus vnus.
Illud non agitas: vt ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum: vitioq; carentem.
Gratum eſt q᷑ patrię ciuem populoq; dediſti:
Si facis vt patrię ſit idoneus: vtilis agris.
Vtilis & bellorum & rebus pacis agendis.
Plurimũ. n. intererit: quibus artib9: & quib9 hũc tu
Moribus inſtituas. Serpente ciconia pullos.
Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem ſumptis quęrunt animalia pennis.
Vultur iumento & canibus: crucibuſq; relictis
Ad fętus properat: partemq; cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoq; vulturis: & ſe
Paſcentis: propria quum iam facit arbore nidos.
Sed leporem aut capreã famulę Iouis: & generoſę
In ſaltu venantur aues: nunc p̃da cubili
Ponitur: inde autem quum ſe matura leuabit
Progenies: ſtimulante fame: feſtinat ad illam
Quam primũ p̃dam rupto guſtauerat ouo. ¶ Ibidẽ.
Aedificator erat Centronius: & modo curuo
Littore Caietę: ſumma nunc Tyburis arce
Nunc Preneſtinis in montibus alta parabat
Culmina villarum: Gręcis longeq; petitis
Marmoribus: vincens fortunę ac Herculis ędem.
Vt ſpado vincebat capitolia noſtra Poſides:
Dum ſic ergo habitat Centronius imminuit rem:
Fregit opes: nec parua tamen menſura relictę
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens.
Dum meliore nouas attollit marmore villas.

Exemptio grę. ... exemptus dicitur. Et is eſt: qui non ſubeſt iuriſdictioni ordinarij. Diciturq; ab eximo quod eſt aufero excipio. Differunt aũt eximo & eripio: vt placet Põponio iuriſcõſulto: q᷑ eripere eſt de manib9 auferrẽ per raptũ. Eximerẽ vero quoquo mõ auferre. Itaq; erit eximendi verbũ generale: vt puta. Si quis nõ raperet aliquem: ſed moram faceret: quo minus in iudicium veniret: vt actionis dies exiret: vel res tempore amitteretur: videtur exemiſſe: q̃uis corpus non exemerit.

Hinc eximiũ dr excellẽs: egregiũ tractum ab eo qḋ i ſacrificijs optimũ pecus ḋ grege eximebatur: vel qḋ primũ erat ratũ. Ex eximij porci dicebant maiores: q ad ſacrificandũ electi erãt: ſicut egregię oues dicebant egregę electę: vñ egregium dicimus excellẽs: ⁊ eximie ⁊ egregie aduerbialr: ⁊ ab eximo exẽptio dr.

Exercitatio grece ασκησις.ιος.η. ⁊ ασκεω exerceo dicitur: veniq3 ab arceo: qḋ eſt premo: fatigo quaſi extra arceo. Exercere proprie fatigare eſt. Terẽtius. Hi ſane ego te exercebo hodie: vt dign⁹ es ſilicernium Aliqñ exercer̃ ponitur ꝓ agitare: cõmouere. Pro inſequi. Pro laborare. colere: a cuius frequentatiuo exercito fit exercitiũ: ⁊ exercitatio: ⁊ exercitus fatigatus participaliter: ⁊ exercitus nomen: hoc eſt militũ multitudo: quod exercendo fit melior.

EXERCITIVM grę. γυμνασία.ας.η. dr. Et eſt vitę humanę ꝯſeruatio: caloris naturalis lima excitatio dormientis naturę: virtutum corrobatio. Superfluitatũ conſumptio: ocio inimicum. Temporis lucrum Iuuctutis debitum: ⁊ ſenectutis gaudium. Ille ergo ſolus ab exercitio abſtineat: qui ſanitatis beneficio vult carere: ſ3 Fulgentium. ℂ Prouerbiorum cap. xij.

Prouer. Qui operatur terrã ſuã ſatiabitur panibus: Qui autez ſectatur ocium ſtultiſſimus eſt.

ℂ Eccleſiaſtes cap. ix.

Eccle. Quodcunq3 facere poteſt manus tua inſtanter opare: quia nec opus: nec ratio: nec ſapiẽtia: nec ſciẽtia erũt apud inferos quo tu properas.

ℂ Hieronymus in ſermone.

Hiero. Non facile capitur a diabolo qui bono vacat exercitio.

ℂ Bernardus ad fratres.

Ber. Ruſticus duros h3 neruos: Lacertos fortes: Exercitatio hoc facit: ſiue quũ corpore moleſcit: volũtas facit vſum vſus exercitiũ: exercitiũ vires ſubminiſtrat.

ℂ Bernardus in ſermone natiuitatis dñi.

Paſtorib⁹ vigilãtib⁹ exhibita ẽ viſitatio angelorũ ⁊ allocutio: Agnoſcãt ergo homines: q: q in labore hominũ nõ ſunt: viſitari ab angelis non merentur.

ℂ Hugo de inſtõne nouiciorum.

Hugo Sępe illa quę in publico nõ valemus: neceſſario quẽdaz prius in ſecreto exercitationis vſum expoſcũt: q: ſi ea prorſus in occulto negligimus. vti poſtmodũ eis duz opus eſt in publico non valemus.

ℂ Caſſiodorus lib. viij. epiſtolarum.

Conſtat omnem operam ſi longa intercapedine geſcat ęgreceſumi. Quis enim ignoret cũctis. aut artificib⁹: aut artib⁹ maximũ decus vſu venire: quũq3 ſtudia cõſueta non frequentant brachia in corporib⁹: ingenia pigreſcere in artibus.

Caſſio. ℂ Caſſiodorus lib. iiij. epiſtolarum.

Aegreſcit profecto ingeniuz niſi vigilatione reparetur. Cito expediunt horrea. q̃ aſſidua nõ fuerint adiectione ſuffulta. Theſaurus ipſe q̃ facile profunditur. ſic humanus ſenſus quum alieno non ſarcitur inuẽto. cito poteſt attenuari de proprio.

Uege. ℂ Uegetius de re militari lib. ij.

Omnes artes omniaq3 opa quottidiano vſu ⁊ iugi exercitatione proficiũt. Quod ſi in paruis verum eſt: q̃to magis decet in maximis cuſtodiri.

Seneca ℂ Seneca epiſtola. xxiij.

Ariſto. Quem in ipſa re trepidar̃ nolueris: ante rẽ exerceas.

ℂ Ariſtoteles lib. v. metaphiſicę.

Exercitium eſt cauſa ſanitatis: ⁊ econuerſo.

ℂ Ariſtoteles lib. x. Rhetorices.

Exercitium vt in pluribus conſeruat ſanitatem.

ℂ Ariſtoteles lib ij. Ethycorum.

Exercitium temperatum conſeruat ſanitatem.

Cicero ℂ M. T. Cicero lib. ij. Rhetoricorum.

Exercitatio eſt aſſiduus vſus: ⁊ conſuetudo.

ℂ Ouidius in epiſtola Phedrę ad Hyppolitum. Ouidi⁹

Ars fit vbi a teneris crimen condiſcitur annis.

ℂ Ouidius Ibidem.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Hęc reparat vires: feſſaq3 membra nouat. ℂ Ibidẽ.

Arcus ⁊ arma tuę tibi ſint imitanda Dianę.

Si nunq̃ ceſſes tendere mollis erit.

Exilium grece φυγη.ης.η. ⁊ φυγαδευω.ο. exul dicitur. Exilium autem venit ab exul qui dicitur extra ſolum natale: hoc eſt qui extra patriam eiectus eſt: i hic exulo ꝟbũ: qḋ ẽ extra patriã eiect⁹ viuo ⁊ exulabundus in exilio vitam agens. ℂ Euripides in Medea. Euripi.

πολλας εφελκεται φυγη κακα συν αυτη.

Multa attrahit exilium mala ſecum. ℂ Idem.

μοχθων γουν αλλος ουπερθεν

γης πατριας στερεσθαι. hoc eſt.

Laborum non alius ſupra q̃ terra patria priuari.

Exiſtimatio qḋ grece υπολῆψις.εως.η. ⁊ υπολαμβανω reputo dicitur. fere ſemper paſſiue capit: vt homo magnę exiſtimationis idest de quo omnes bene opinantur: ⁊ quem magnum exiſtimant. Uide de hoc vocabulo ſupra l Aeſtimatio: ⁊ de hac materia ſupra in autoritas.

Exorciſmus grę. dictio eſt εξορκισμος.ου.ο. ⁊ εξορκιζω adiuro dicitur. Eſt autem adiuratio contra diabolũ: vt habetur de Conſe. di. iiij. cap. Ante decez dies. De hac materia vide ſupra in Adiuratio: ⁊ in adiurationis arbore.

Exordium grece προοιμιον.ου.το. ⁊ προοιμιαζω proęmium facio dicitur. Et eſt exordium ſiue proęmium orationis initium: ſicuti in poeſi pręfatio. In lyrę pulſatione pręludium. Diciturq3 ab exordior: quod eſt farl incipio. Redordior vero eſt rurſus incipio.

Expectatio grece. υπομονη.ης.η. ⁊ υπομενω: expecto dicitur. Eſt autem expectatio motus ſpei propter cognitionem pręcedentem reſpectu auxilij alieni ſm. b. Tho. prima ſcdę. q. xl. ar. ij.

Expectare dicit protenſionem appetitus in aliquid: cuz quiete priuante fugaz ſm. b. Tho. iij. ſen. di. xxvj. q. i. ar. i. Dicitur autem expecto a verbo ſpecio: quo non vtimur niſi in compoſitione: licet antiqui etiaz in ſimplicitate vterẽtur prou decor: vñ augures ſpecere: hoc eſt Inſpicere aues dicebant: ⁊ ſpectionem auium pro Inſpectione ⁊ contemplatione. Ennius. Uos epulo poſtq̃ ſpexit: ⁊ Ueſtiſpici cuſtodes veſtium ſerui: qḋ freqnenti diligẽtia veſtes inſpiciebãt: Plautus: Cuz familia tota veſtiſpici iunctor auricuſtos. Et quoniã quũ aliquẽ pręſtolamur: an veniat frequẽter aſpicere ſolemus. Ideo expecto ſumitur pro pręſtolor. Aliquãdo pro moram traho. Uirg. Tyria Carthagine q nũc expectat. Nõnunq̃ deſidero. Item expectate venis: vnde expectatio quod modo pręſtolationem: moram: Modo deſiderium ſignificat.

ℂ Homerus in β Iliados. Home.

αισχρον τοι δηρον τε μενειν κενεον τε νεεσθαι.

Turpe certe diu expectare: vacuumq3 redire.

EXPERIENTIA grece. εμπειρια.ας.η. ⁊ εμπειρωμαι. experior dicitur. Experimentum autem ſiue experientia nihil aliud eſt videtur: niſi accipere aliquid ex multis in memoria retentis cuz aliqua ratiocinatione in particularibus. ſm bea. Tho. ſuper lib. poſteriorum. ij. cõ. tj. lec. ſi.

Experientia eſt cognitio ſingularium. Ars vero vniuerſalium ſm. Ariſt. lib. i. Metaphiſicę.

Experientia venit ab experior. Experiorq3 venit a perio verbo quo vtebantur antiqui pro aperio: doceo: vnde de peritos dicimus doctos: expertos. Sicuti ecõuer

Imperitos:idoctos atq₃ inexpertos: vnde peritia ꝛ Impiti a deriuātur: ꝛ ab eo v̄bo actiuo perio fit cōpoſitū q̄d eſt in vſu experior: vñ experti periti: ꝛ experiētia vſus: doctria: Expertes aūt dicunť ignari rudes: nullam rerū experiētiā habētes. Itē expertes q non ſentiunt: vt expertes doloris qui dolorē nō ſentiunt. Expers mortis q non moritur. Expers humanitatis qui nil h₃ humani. Sunt tamen qui velint. Expertes nō ab experior venire: ſ₃ ab ex ꝛ pars. quaſi extra partē. Uenit aūt a perio: vñ dicitur experior a pario paris.

Menā. ℭ Menander.

ἐμπειρία ſαἐ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ. id eſt.
Experientia enim inexperientiē imperat.

EXPROBATIO. grece ὀνειδισμός. οῦ. ὁ. ꝛ ὀνειδίζω exprobo dicitur. Eſt autē exprobatio ingeſtio improperij in facie: Sed oblocutio eſt occulta detractio. ſ₃. h. Tho. ſuper pſal. xliij. co. ix. dr̄ autem exprobo ab ex ꝛ probium eſt autem probrum ſcelus: ac flagicium per methaphoram pro ignominia accipitur: quā₃ ex ſcelere ſequi ſolet: vt datum eſt ei probro: hoc ē ignominiē aſcriptum: hic probroſum dicimus ignominioſum. ꝛ opprobare ignominię obijcere: a quo opprobrium pro ipſa ignominia. Item exprobrare ignominioſum aliquid obijcere: a quo exprobratio ipſa probri obiectio. ℭ Terentius in Andria.

Teren. Na₃ iſtęc cōmemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. ℭ Cicero lib. de amicitia.

Cicero Odioſum ſane genus hominum officia exprobantiū₃ q̄ meminiſſe d₃ is potius in quem collata ſunt: nō commemorare is qui contulit. ℭ Martialis lib. xij.

Mart. Imputet ipſe deus nectar mihi: fiat acetum.
Et vaticani perfida vappa cadi.

Exquiſitio vēit ab exqro q̄d grece dicitur ἐκζήτησις. Eſt autem. Exquiro idem quod diligenter inqro: a quo exquiſita dicuntur digna: electa: quaſi diligēter queſita. Et exqueſtor vocatur honoratus queſtor ꝛ primus. Et exquiſite aduerbium: hoc eſt diligenter electe: culte. Differunt autem querere ꝛ exquirere: quia querere eſt ſcrutari: inquirer. Exquirere vero eſt ſecernere ꝛ eligere.

Exultatio g̃. ἀγαλλίασις. εως. ἡ. ꝛ ἀγαλλιάω exulto dr̄. Eſt autem exultatio expreſſio exterior prorumpens in ſignum interioris gaudij: quia interius gaudiū ſui magnitudine ad exteriora prodit. ſm̄. b. Tho. iiij. ſen. di. xlviij. q. iij. ar. i. Un̄ exultatio in magnis gaudijs dicitur. Uenit autem exultatio ab exulto frequentatiuo huius verbi exilio: quod eſt exeo: ꝓdo: ꝛ quaſi ſaltando prorumpo. Exulto proprie ſignificat ſupra modū exilio: atq₃ efferor: ꝛ quaſi geſtib⁹ qbuſdā ꝛ ſaltibus affectum animi oſtendo: ſiue ira id fiat: ſiue ſeuitia: ſeu voluptate: aut alia quacunq₃ affectione. Hinc exultabundus: ꝛ exultatio deducuntur.

FABULA g̃. μῦθος. ου. ὁ. ꝛ μυθολογέω fabulator μυθώδης. ες. ὁ. ἡ. fabuloſ⁹ dr̄. Eſt āt fabula res ad vtilitatē ſiue delectationem hoium cōficta: vt ſunt poetarū fabulę: vt fabulę Eſopeię: quę ab Heſiodo poeta initiū ſumpſere: dicitur autē fabula a fando: inde fabulę: ꝛ confabulor ſimul loquor: ꝛ confabulatio hoc eſt collocutio: Fabula facit diminutiuum fabella. Eſt autem proprie ſermo. Martialis. Quodq₃ tibi męchum fabula nulla dabat.

Paul⁹ ℭ Paul⁹ apoſtolus ſcbę ad Thimotheū. c. iiij.

Erit enim tempus quum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coacervabūt ſibi magiſtros prurientes aurib⁹. Et a veritate qdē auditū auertēt ad fabulas aūt cōuertuntur.

Augu. ℭ Aug. lib. de mendacio.

Apud autores ſecularium lrarū: vt apd̄ Horatiū: mus loquiť muri: ꝛ muſtela vulpeculę: vt per narrationē₃ fictā ad id q̄d agitur verax referatur ſignificatio. Unde ꝛ Eſopicas fabulas ad eum finem relatas nullus ineruditus fuit: qui putaret appellāda mēdacia: hęc ꝛ in ſacris libris: vt in librū Judiciū: quā₃ ligna ſibi regē fecerunt: ꝛ loquunť ad ficum: ꝛ ad vitē: q̄d totū fingitur: ficta quidē narratiōe: ſed veraci ſignificatione hęc dicuntur. ℭ Ambroſius lib. iij. de officijs. Ambro

Fabula ꝛ ſi vim veritatis nō hēat: tamen rationem h₃. vt iuxta eam poſſit veritas manifeſtari. Referūt (inquit) ſeculares virū quendā fuiſſe: vt quotiēs viriu₃ ſuarū deſtitutus amicam ꝛ nutricem terram impulſu aduerſarij contigiſſet de ſolo ſurgens magis in aduerſariū preualeret: ꝛ ſic occaſio proſtrati occaſio fiebat triūphi. Dabat infirmitas fortitudinē. Lapſus palmā: ruina victoriā. Cui hęc conueniunt niſi Chriſto: q ad hoc cecidit: vt glorioſior reſurgeret. Iſidor⁹

ℭ Iſido. li. ſniarū. ꝛ hētur. di. xxxvij. Ideo.

Ideo prohibeť Chriſtianus legere figmēta poetaꝝ: q: oblectamenta fabularū nimiū mentē excitant ad incentiua libidinū: non enim thura ſolum offerendo demonibus immolatur: ſed etiam eorū dicta libentius capiendo. ℭ Iſidorus li. Ethymologiarū ꝑmo.

Fabulę a fando dictę: quia non ſunt res factę: ſed tantū modo loquēdo dictę: q̄ ideo ſunt inductę vt ficto alalū mutorū inter ſe colloquio: imago q̄dā vitę hominum naſcereť. Sicut mus loquitur muri: muſtela vulpeculę: ꝛ in libro iudiciū: ligna ſibi regem querūt quod totū ad mores ordinauit: vt ad re₃ quę intendiť ficta quidē narratione: ſed veraci ſignificatione ꝑueniať. Sic. n. Demoſthenes vſus eſt fabula aduerſus Philippū: qui ab Athenienſibus poſtulauit decem oratores: ꝛ ille finxit fabulam. Lupi ſuaſerūt paſtorib⁹: vt in amicicia conuenirent. Quūq₃ hoc paſtoribus placuiſſet: peterūt lupi vt primo ſibi vice ſecuritatis caneo traderēt in quibus videbať occaſio iurgiorū annuerūt paſtores: ꝛ tūc lupi oia dēpta formidine omnem gregē nō ſolū pro ſatietate: ſed etiā pro libidine Laceraverūt. Sic inqt philoſophus ſublatis oratoribus in populo Athenienſiū facturus eſt. Oratores populi poſtulat: quo facili⁹ poſſit opprimere ſpoliatā cuſtodib⁹ Urbē. ℭ Alan⁹ de cōplāctu naturę. Alanus

In ſuperficiali lytę cortice falſū₃ reſonat fabula: Lyra enī₃ fabula poetica: interi⁹ v̄o auditorib⁹ intelligētię ſecretū altioris eloquiť: vt exterioris falſitatis abiecto putamine dulciorē nucleum v̄itatis ſecretę intus lector inueniat. ℭ Seneca libro de beneficijs. Seneca

Iſtę ineptię poetis relinquaťqbus aures oblectar̄ propoſitū eſt: ꝛ dulcē fabulam nectere. Sed q ingenia ſanare ꝛ fidē in reb⁹ humanis retinere: ac memoriā officiorū animis ingerere volūt: ſerio loquanť: ꝛ magnis viribus agant. ℭ Cicero li. ij. de diuinatione. Cicero

Nihil debet eſſe in philoſophia cōmēticijs fabellis loci.

ℭ Ariſtoteles li. i. Metaphiſicę. Ariſto.

Phylomites id eſt fabularū amator eſt aliqualiter philoſophus: quia fabula ex mirabilibus conſtituitur.

ℭ Cōmentator ſup ſcd̄o Metaphiſicę. Cōmen.

Conſuetudo audiendi apologos ꝛ maxime fabulas magnum impedimentum eſt in cognitione veritatis.

Facetia. grece εὐτραπελία. ας. ἡ. ꝛ εὐτράπελος. ος. facetus dicitur. Eſt autem facetus qui facit v̄bis quod vult: dictus a facio: vel vt aliquibus placet a fando: vnde facetię. Uel ſic.

Facetus eſt elegans in dicēdo ꝛ v̄licias: ꝛ diuitias q̄ſdā ſermonis habens q̄ facetię dicunť: vñ facete aduerbium: hoc eſt exculte: eleganter: vrbane.

Facilitas grece εὐκολία. ας. ἡ. ꝛ εὔκολος. ου. ὁ. ἡ. facilis dr̄. Sunt autem facilia q̄ vel ſine labore vel

breui tempore fiunt. ſm Ariſto. li. i. Rhetoricoꝝ. Erit itaqꝫ dictu vel factu facile. qđ facile dici vel fieri pt: Cui⁹ ɔrariū eſt difficile: qđ nō ſine labore fieri pōt. Difficiles etiā terrę dicunt̄ q̄ſi ſteriles. Uirgi. difficiles primū terrę collesqꝫ maligni. Dicunt̄ aūt hęc a facio.

FAcultas grece. ευποϱια. ας. ϐ. ⁊ ευποϱεω. facultates habeo dicitur.

Eſt aūt facultas p̄ q̄s qua aliquid habetur ad nutum ſm. b. Tho. prima parte. q. lxxxiij. ar. ij. Dicit̄ aūt facultas a faciliᵗate ⁊ difficultas a difficili. Et qm̄ diuites facile q̄ volunt agunt: factū eſt: vt facultates p̄ opibus capiamus. Petronius arbiter. Quiſquis habet nūmos ſecura nauiget aura. Fortunāqꝫ ſuo tēporet arbitrio. Multa loquor: quoduis nūmis pręſenti bus opta. Et veniet clauſum poſſidet arca Iouem.

FActio grę. συνωμοσια. ας. ϐ. ⁊ συνωμοτος. ου. ο. cōiuratus dicitur. Eſtqꝫ factio diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia: quū aliqui ſe principes ac primarios facere in ciuitate conantur: inter quos ęmulatio eſt: ⁊ qui eos ſequunt̄ ſeditioſi dicuntur. Cicero. Inter bonos amicicia. Int̄ malos factio ē: a factio hęc dicūt̄.

FAcūdia grece. ευστομια. ας. ϐ. ⁊ ευστομος. ου. ο. facundus dr̄. Eſt aūt facūdia iocūda eloquētia. Uñ facundus: fatu iucūdus: ſm Acronē. Sup arte poetica Horatij. Diciturqꝫ facūdia a fando: ita ⁊ facūd⁹ dr̄ diſertus: ⁊ qui ea q̄ mente concipit ad audientes facile: atqꝫ ornate p̄fert. Eritqꝫ facūdia facultaſ differēdi cū gratia: ⁊ facunde aduerbiū pro diſerte. De hac materia vide ſupra in Concio: ⁊ Eloquentia.

FAllacia: q̄ alio noīe dr̄ locus ſophiſticuſ: q: ſcilicet eſt cā fallendi quantū eſt de ſe: lʒ aliquis nō fallat̄ per ipſum in actu niſi ignorātia adueniente. b. Tho. opuſculo. xxxviij. c. i. ſi. Fallacia a fādo dr̄. Ut Uarroni placet: qđ fando decipiam⁹: ⁊ cōtra quē dixim⁹ faciamus. Et fallax appellatur qui mentiendo decipit: hinc refello qđ ita differt a purgo: vt refellere dicat̄ de eo q factū negat. Purgar̄ vero ð eo qui fatet̄ quidē factū ſed ðfendit: hinc ēt falſarij dicunt̄ q decipiendi gratia publica ſcripta falſificant. ⁊ falſifico verbū a quo falſificatio. ⁊ falſitas de qua Infra.

FAlſitas grece. ψευδος. εος. το. ac mendacium. ⁊ ψευδης. εος. ο. falſus ⁊ ψευδω. fallo dicitur. Eſt autem falſitas qua putatur eſſe qđ non eſt. ſʒ Aug. libro. vij. confeſſionum.

Falſitas cōſiſtit in inęqualitate rei ⁊ intellectus. ſm. b. Tho. in queſt. de Ueri. q. i. ar. x.

Falſum eſt ſignificatio rei non ita ſe habentis. ſm Aug. libro de doc. Chriſtiana.

FAMA grę. φημη. ης. ϐ. vel φημα. ατος. ϐ. dicitur. Et eſt illeſę dignitatis ſtatus legibus ⁊ moribus comprobatus.

Fama eſt inanis de aliqua re rumor ſine veri cognitiōe: ſiue bonus: ſiue malus. Et hoc tm̄ diffe͛t a rumore: q rumor ſemper de re recēti dr̄.

Fama vero dicitur etiam de re inueterata firmataqꝫ in hominum opinione: ɔ̄nis incerta.

Fama frequenter ponit̄ pro laude ⁊ celebritate. Uirg. Sum pius Aeneas fama ſuper Aethera notus.

Fama: vt aliqui volunt grecū vocabulū ē. Illi. n. φημας dicunt quod nos fama. Alij volūt dici a fando: hinc famoſum ⁊ infamē dicimus in eadeʒ ſignificatione. Tere. Non polliinquit audeo. Naʒ me ad famoſas vetuit mater accedere. Plau. Qui etiam me miſerum famoſum fecit flagitijs ſuis. hinc infamia ⁊ infamatio qua Apuleius vtitur deriuantur: ⁊ famigeri ⁊ famigero verbū: hoc eſt diuulgo. Et famigerabile ⁊ vulgendum apud antiquos: vt Uarro teſtatur ⁊ famigeratio diuulgatio. ℭ Prouerbiorum. c. xxij. Prouer.

Melius eſt nomen bonū q̄ diuitię multę: ſup argentum enim ⁊ aurum gratia bona. ℭ Eccleſiaſti. c. xli. Eccle⁹

Curam habe de bono nomine. hoc enim magis p̄manebit tibi: q̄ mille theſauri precioſi ⁊ magni. Bone vitę numer⁹ dieꝝ: bonū aūt nomen permanebit in euum.

ℭ Auguſtinus de bono viduitatis: ⁊ habetur xi. q. iij. Non ſunt audiendi. Augu.

Non ſunt audiēdi ſiue viri ſancti: ſiue feminę: qui qñ reprehendunt̄ in aliq̄ negligētia per quā fit vt in malā veniāt ſuſpitionē. Uñ vita ſuā lōge abeſſe ſciūt dicūt corā deo ſufficere ſibi ɔſcientiā: ęſtimationē hominū non ſolū imprudenter: verūetiam crudeliter contemnentes: quū occidant aias aliorū ſiue blaſſemantiū viam dei: qbus ſm ſuā ſuſpitioneʒ quaſi turpis quę caſta eſt diſplicet vita ſcōꝝ: vel etiā cū accuſatiōe imitantiuʒ: nō qđ vident: ſed quod putant. Proinde quiſquis a criminibus flagicioꝝ atqꝫ facinorū vitā ſuā cuſtodit: ſibi benefacit: quiſquis aūt etiam famā: ⁊ in alijs eſt miſericors. Nobis enīʒ neceſſaria eſt vita noſtra: alijs fama nr̄a. ℭ Aug. lib. confeſſionum.

Cauete omnes ſuſpitiones: ⁊ quicquid probabiliter ſingi poteſt ſeu dici: ne ſingatur ante deuita.

ℭ Aug. lib. de doctrina chriſtiana.

Sic doctor bonā eligat vitam: vt etiam bonam nō negligat famam. ℭ Hieronimus ad Marcellum. Hiero.

Falſus rumor cito opprimit̄: ⁊ vita poſterior indicat ð priore. Si anno pręterito fama mentita: iſta aut certe verum dixit: ceſſabit ⁊ rumor.

ℭ Hierō. ſup illud Mathei. iiij. abijt opinio eius.

Opera ſalutis ſine fama boni odoris non ſatis relucēt auditoribus. nec fama ſine opere proficit: ſine quib⁹ forma veri ſacerdotis non commendatur.

ℭ Grego. ⁊ habetur. vi. q. i. Sunt plurimi qui. Grego.

Sunt plurimi q vitam bonorū fortaſſe amplius q̄ dāt laudant: ⁊ ne q̄ elatio de laude ſubrepat: p̄mittit omnipotens deus malos in obtrectationē ⁊ obiurgationē prorūpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantiuʒ in corde naſcitur: ab ore vituperantiū ſuffocetur. Hinc eſt q doctor gētiū ſe in p̄dicatiōe currere teſtatur: inter infamiā: ⁊ bonam famam: qui etiā dicit: vt ſeductores ⁊ veraces. ℭ Gregorius in Regiſtro.

Habet p̄priū antiq hoſtis inuidia: vt quos in prauoꝝ actuū p̄petratione deo ſibi reſiſtēte decipere nō valet opiōnes eorum falſa ad pręſens inſinuādo dilaceret.

ℭ Iſidorus in Sinonymis ſoliloquioꝝ libro. ij. capitulo. xxvij. Iſidor⁹

Diſce bono flagrare pręconio. Cuſtodi bonā famā tuaʒ.

ℭ Caſſiodorus libro. i. Epiſtola. iij. Caſſio.

Inclyti animi ſignum eſt famę diligere cōmodum: ⁊ lucra cōrum. Nam qui affectat famę cōmodū pecunię negligit augmenta. ℭ Ibidem.

Regnantis facultas tunc ſit ditior: quū remittit ⁊ acq̄rit theſauros famę: neglecta vtilitate pecunię.

ℭ Caſſiodorus lib. i. Epiſtola. iij.

Nemo futurū putat diligentē: quē in ipſa nouitate operatiōs ſuę. nō videt eē cuſtodeʒ. Prouidus inſtitutor hortū ſuū fęcūdis nitit̄ ornare plantarijs: vt reddāt fruct⁹ optatos: quę ſollicitis fuerāt exculta laborib⁹.

ℭ Caſſiodorus lib. i. Epiſtola. xxiiij.

Laborē q̄ppe nō refugit: qui virtutis glīam ɔcupiſcit.

ℭ Caſſiodorus li. ij. epiſtolarum.

Vbiqꝫ cognoſcit̄ quiſquis fama teſte laudatur: diū enīʒ copia plurimū quę ſolet habere faſtidium: bonuʒ nomen repertū ſemper efficitur glorioſum. ℭ Ibidē.

Melius eſt de p̄petua vita: q̄ de fama cogitare: nr̄a. n. poſt mortē non opuſcula: ſed opera ſunt penſanda: q: ſi aliq̄d agimus nr̄m eſt ſi quid habem⁹ alienum eſt.

ℭ Caſſiodorus lib. iij. epiſtola. xxxi.

Vituperatonē generant que in medijs conatibus egra deſeruiunt. ℭ Caſſiodorus li. v. epiſtola. xij.

Pulchrũ eſt cõmodam famę: fędam neglexiſſe lucra pecunię. ⸿ Caſſiodorus lib. vi. Epiſtola. xii.
Interdum aſſidui labores ⁊ ipſas ingratas faciũt dignitates. Graue pondus inuidię eſt: i ſplendere ſingulari claritate: ⁊ motum lampade non lucere.
⸿ Caſſiodorus lib. vi. epiſtola. xviij.
Querat eruditus vbi poſſic exiſtere glorioſus. Prudẽs frequentiam non reſpuat hominum: in qua ſe nouerit eſſe laudandum. Alioquin virtutibus fama tollit: ſi eorum fama in hominibus non ſciatur.
⸿ Caſſiodorus lib. viij. epiſtola. xxiij.
Hoc naturę theſauris reponim⁹: qđ famę cõmodis applicamus.
Alanus ⸿ Alanus de complanctu naturę.
Verę famę hęc eſt glorioſa proprietas: vt appetitores ſui contemnat: appetat contemptores famam fugiendo conſequitur: quam perderet in conſequendo.
Lactã. ⸿ Lactãtius fir. li. ii. diuinarum inſti.
Nam omnino fingendarũ ſimilitudinũ ratio iccirco ab omnibus inuenta eſt: vt poſſit eoꝝ memoria retinere: qui vel morte ſubtracti: vel abſentia fuerãt ſeparati.
Seneca ⸿ Seneca de remedijs fortuitorum.
Male aũt de te opinant homines ſꝫ mali. Mouer ſi de me Marius. Si Cato. ſi Lelius ſapiẽs: ſi alter Cato: ſi Scipionis duo iſta loquerent: moueret ſi hoc iudicio facerent: qđ nunc morbo faciũt. ⸿ Sene. ibidẽ.
Bona opinio hominũ tutior eſt pecunia: Bonũ quod eſt ſupprimit. nequaq̃ extinguit: bona fama in tenebris ꝓpriũ ſplendorẽ tenet. ⸿ Seneca in prouerbijs.
Damnum appellandũ eſt: quũ fama mala luſtrat. Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium. Uis omnib⁹ eſſe notus? prius effice vt neminem noueris.
⸿ Seneca in Hercule furente Trag. prima.
Sic ſtatue quicquid ſtatuos: vt cauſam tuã famamq; in arcto ſtari ⁊ ancipiti ſcias. ⸿ Sen. Tragędia. iij.
Cõmẽ. Contemne famam: fama vix vero fauet.
⸿ Cõmẽtator ſup li. de Sõno ⁊ vigilia.
Cicero Famoſum ſecũdum totum non eſt falſum.
⸿ Cicero Rhetoricorum nouorum lib. ii.
Temere fama naſci nõ ſolet: qn ſubſit aliqđ. ⸿ Ibidẽ.
Facta: non famam ſpectari oportet.
⸿ Cicero libro Topicorum.
Fama vulgi eſt quoddam multitudinis teſtimonium.
⸿ Cicero in Philippicis lib. primo.
Ea eſt gloria: laus recte factorũ magnorũq; in rẽpu. meritorũ: quę tũ optimi cuiuſq; magnitudine: ⁊ teſtimonio comprobatur. ⸿ Cicero in philippicis lib. iij.
Nihil eſt deteſtabilius dedecoratione: nihil fędius ſeruitute. Ad decus ⁊ libertatem nati ſumus: aut hoc teneamus aut cũ libertate moriamur: dedecus virtus ꝓpulſare ſolet. ⸿ Cicero lib. i. Tuſ. queſtionuꝫ.
Quid poetę? Nõne poſt mortẽ nobilitari volunt. Unde ergo illđ. Aſpicite o ciues ſenis Enij imaginis formã
Hic veſtrum pinxit maxima facta patrum. Mercedem glorię flagitabat ab ijs quorũ patres affecerat glĩa. Idemq;. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. Cur? volito viuus docta per ora virũ. Sed quid poetas? Opifices poſt mortẽ nobilitari volũt. Quid enim Phidias ſui ſimilẽ ſpeciem incluſit i clypeo Mineruę: quũ ſcribere nõ liceret? Quid nr̃i philoſophi? nonne in his ipſis libris quos ſcribunt de contemnenda gloria ſua nomina inſcribunt?
Ariſto. ⸿ Ariſtoteles lib. vii. Ethicorum.
Fama quam omnes famant non omnino perit.
Valeri⁹ ⸿ Valeri⁹ max. li. ii. ti. i. De inſtitutis antiqs
Maxi. Ariopagus Athenis bonos ciues corona decorãdi ꝑmo conſuetudinem introduxit duob⁹ oleę cõnexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutũ ſiue rem ſiue perſonã intueri velis. Nã ⁊ virtutis vberrimum alimentum eſt honos: ⁊ Pericles dignus a quo talis numeris dandi poteſtas potiſſimum initium ceperat.
⸿ Ualeri⁹ max. li. vii. ti. Sapienter dicta aut facta.
Socrates expedita ⁊ compendiaria via eos ad gloriã ꝑuenire dicebat: q id agerẽt: vt q̃les videri vellent: tales etiã eẽnt. Qua quidẽ ꝑdicatione aperte monebat vt homines ipſam potius virtutẽ haurirent: q̃ vmbram eius conſectarentur. ⸿ Heſiodus. Heſio.
φημη δ᾽ουτις παμπαν αποολλυται ην τινα πολλοι
λαοι φημιζουσι θεος νυ τις εστι και αυτη. ideſt.
Fama autem nulla penitus perit: quaꝫ multi populi famigerant. Dea certe quędam eſt ⁊ ipſa.
⸿ Plautus in Moſtellaria. Plaut⁹
Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo: ſat ero diues.
⸿ Plautus in Perſa.
Hominũ immortalis eſt infamia: etiã tunc viuit quũ eẽ credas mortuam. ⸿ Uirgilius Aeneidos li. iiij. Uirgi.
Fama malum: quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget: vireſq; acquirit eundo.
Parua metu primo: mox ſeſe tollit in auras.
Ingrediturq; ſolo: ⁊ caput inter nubila ꝯdit. ⁊ poſt.
Monſtrum: horrendũ: ingẽs. cui quot ſunt corpe plumę
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot linguę: totidẽ ora ſonant: tot ſurrigit aures.
Et magnas territat vrbes ⁊ poſt.
Tam ficti prauiq; tenax q̃ nuncia veri.
⸿ Ouidius Meta. li. vii. fabula. i. Ouidi⁹
Sed te ne faceres tenuit reuerentia famę.
⸿ Ouidius Meta. li. ix. fabula. iij.
Fama loquax peruenit ad aures.
Deianira tuas: quę veris addere falſa
Gaudet: ⁊ e minimo ſua per veſtigia creſcit.
⸿ Oui. Metamorphoſeos li. xii. fabula. iij.
Orbe locus medio eſt inter terraſq; fretumq;
Cęleſteſq; plagas triplicis confinia mundi.
Unde quod eſt vſq̃ quamuis regionibus abſit
Inſpicitur: penetratq; cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet: ſummaq; domum ſibi legit in arce.
Innumeroſq; aditus ac mille foramina tectis
Addidit: ⁊ nullis incluſit limina portis.
Nocte dieq; patet: tota eſt ex ęre ſonanti.
Tota fremit: voceſq; refert: iteratq; quod audit.
Nulla quies intus: nullaq; ſilentia parte
Nec tamen eſt clamor: ſed paruę murmura vocis
Qualia de pelagi ſi quis procul audiat vndis
Eſſe ſolent: qualẽue ſonum: quum Iupiter atras
Increpuit nubes: extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: veniunt leue vulgus: euntq;.
Mixtaq; cum verbis paſſim cõmenta vagantur
Millia rumorum: confuſaq; verba voluntant.
E quibus hij vacuas implent ſermonibus aures
Hij narrata ferunt alio: menſuraq; ficti
Creſcit: ⁊ auditis aliquid nouus adijcit autor.
Illic credulitas: illic temerarius autor.
Uanaq; lętitia eſt: conſternatiq; timores
Seditioq; recens: dubioq; autore ſuſurri.
Ipſa quid in cęlo rerum pelagoq; geratur
Et tellure videt. totumq; inquirit in orbem.
⸿ Ouidius lib. iij. de arte amandi.
Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis?
Hoc votum noſtri ſumma laboris habet. ⸿ Ibidẽ.
Sed famę vigilare iuuat: quis noſcet Homerum
Illius eternum ſi latuiſſet opus?
Quis Danaen noſcet: ſi ſemper clauſa fuiſſet?
Inq; ſua turri ſi latuiſſet anus?
⸿ Oui. lib. iiij. triſtium Elegia vltima.
Non ego diuitias dando tibi plura dediſſem.
Diuitis ad manes nil feret vmbra ſuos.
Perpetui fructum donaui nominis: Idq;

Quo dare nil potui munere maius habes.
℅ Ovidius ibidem.
Fama manet facti.
℅ Propertius libro.iij.elegia.xviij.
Et terram rumor tranſit ⁊ maria.
℅ Propertius libro.iiij.elegia vltima.
Hęc eſt ſeminei merces extrema triumphi.
Laudat vbi emeritum libera fama rogum.
Mar. ℅ Martialis libro primo.
Cineri gloria ſera venit.
Hora. ℅ Horatius carminum lib.iiij.Ode.viij.
Dignum laude virum muſa vetat mori.
Cęlo muſa beat.
℅ Horatius carminum libro.iiij.Ode.ix.
Paulum ſepultę diſtat inertię.
Celata virtus.
Iuve. ℅ Iuvenalis Satyra.x.
Maior famę ſitis eſt ꝙ
Virtutis.Quis.n.virtutē amplectitur ipſam pręmia ſi tollas.
Dantes ℅ Dantes Florentinus inferni Cant.xxiiij.
Segendo in piuma
In fama non ſi vienme ſotto coltre:
Senza laqual chi ſua vita conſuma
Cotal veſtigia in terra di ſe laſcia:
Qual fumo in aere: ⁊ in acqua la ſchiuma.
Fran. Pe. ℅ Franciſcus Petrarcha Sonetto.lxxx.
Credete voi che Cęſare o Marcello
O Paulo o African fuſſen cotali
Per incude giamai o per martello.
Pandolpho mio queſtopre ſonſi frali
Al longo andar:mal noſtro ſtudio e quello
Che fa per fama gli homini immortali.
℅ Franciſcus triumpho famę.c.i.
Vidi da laltra parte giunger quella
Che tra lhom del ſepulchro:en vita il ſerba.

Fames grece:λιμος.ου.ο.⁊ λιμωττω.fameſco dicitur.Eſt autem fames appetitus calidi ⁊ ſicci:ſꝫ Ariſtotelē lib.ij.de anima.Fames eſt concupiſcentia calidi ⁊ ſicci:ideſt cibi ſꝫ.b.Tho.ſuper.i.de Anima.lec.v.col.ii.principio.Dicitur autē fames ἀπὸ τοῦ φαγω.quod eſt edo.vnde famelicus qui agitur edendi cupiditate:⁊ famelicoſus qui frequenter famelicus eſt.⁊ fames eſurio:a quo fameſco:⁊ licet a gręco veniat.vſus tamen obtinuit vt per f ſcribatur.
Menā. ℅ Menander.
λιμος μεγιστον αλγος ανθρωποις εφυ.
Fames maximus dolor hominibus eſt. ℅ Idē.
λιμω γαρ ουδεν εστιν αντιλεγειν.i.
Fami.n.nullum eſt contradicere verbum.

Fas grece θεμις.ιτος.η.dicitur:⁊ proprie eſt lex diuina.Ius vero eſt lex humana:ſm.b.Tho.ſecūda ſecūdę.q.lvij.ar.i.dicitur autē fas a fando:hoc eſt pium ⁊ religioſum:⁊ fari dignum:ad deos.n.refertur:ſicut iuſtum ad homines.Virgilius.Fas ⁊ iura ſinunt:hoc eſt diuina:⁊ humana iura promittunt.Cuius contrarium eſt nefas:hoc eſt impium ⁊ execrabile:⁊ a quo fit nefandum:⁊ nefarium hoc eſt ſceleſtum ⁊ quod ne fari quidem liceat:ꝗuis nefarium a farre potius deductum volunt:quo ſcelerati:quaſi vita indigni.vti non debent.

Faſcinatio a faſcino verbo deducitur.etenim βασκαινω faſcino dicitur.Eſt autē faſcinatio iniectio ab oculis infectis propter maliciā animę:vel ex dei promiſſione:vel cooperāte fato occulto:vel dęmone.ſm.b.Tho.prima parte.q.cxvij.ar.iij.Virg.neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.Faſcinus a faſce:hoc eſt ab onere dicitur:quum oculorum:aut verborum:aut alicuius alterius rei maleficio homines ita ligantur:vt liberi nō ſint:nec mentis cōpotes:Sępeꝗ ad extremam maciem deueniant:a quo faſcino verbum:⁊ paſſiuum faſcinor:⁊ faſcinatio.Eſt itaꝗ faſcinare malefice alicui perniciem inferre.Unde effaſcinare quod eſt maleficium tollere.

Faſtidium grece.κορος.ου.ο.⁊ κορεω.ſaturo dicitur.Venit autem faſtidium a faſtu.Eſt enim faſtidire proprie cū faſtu quodā cōtemnere.Virg.Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.Sumitur ⁊ faſtidio pro ſtomacho a quo fit faſtidioſum:hoc eſt faſtidium afferens:⁊ faſtidioſe aduerbium:hoc eſt Stomachoſe.Veteres etiam faſtidibiliter dicebant.
Home. ℅ Homerus in ν Iliados
παντων μεν κορος εστι.και υπνου.και φιλοτητος.
μολπης τε γλυκερης.και αμυμονος ορχηθμοιο. ideſt.
Omnium quidem faſtidium eſt:⁊ ſomni:⁊ amicitię.
Cantuſꝗ dulcis ⁊ inculpabilis ſaltationis.
℅ Idem in ν Odiſſeę.
αιψηρος δε κορος κρυεροιο γοοιο.ideſt.
Citum autem faſtidium frigidi luctus.

FATUM grę.ειμαρμενη.ης.η.dicitur vt ait Chryſippus eſt ſempiterna quędam ⁊ indeclinabilis ſeries rerum:⁊ cathena voluens ſemetipſa ſeſe:⁊ implicans per ęternos cōſequentię ordines ex quibus apta connexaꝗ eſt.ſm Aulum gelium lib.vi cap.ii.noctium.at.
lia hec deuincit dea fortuna: atq́ȝ hoc verum eſt: pro
inde vt quiſq́ȝ fortuna vtitur: ita precellet: atq́ȝ exinde
ſapere omnes dicimus: bene vbi quid diſcimus cõſi
lium accidiſſet: hominem cautum eum eſſe declara
mus: ſtultũ aũt illũ cui vertit male. Stulti aũt ſum⁹
fruſtraq́ȝ ſcim⁹: vt quid in rem ſit poſſimus noſcere:
certa mittimus dum incerta petimus: atq́ȝ hoc venit
in labore: atq́ȝ in dolore: vt mors obrepat interim.

Teren. ❡ Terẽtius comedia.v.
O fors fortuna: vt nunq̃ perpetuo es bona?

Uirgi. ❡ Uirgilius in Buc.
Sors omnia verſat. ❡ Uirgilius in.ij. Aeneidos.
Nec ſi me miſerum fortuna Sinonem
Finxit: vanum etiam mendacemq́ȝ improba finget.
❡ Uirgilius Aeneidos lib.ij.
Aſpirat primo fortuna labori. ❡ Idem lib.iij.
Viuite felices quibus eſt fortuna peracta.
Iam ſua. ❡ Uirgilius. Aeneidos lib.x.
Et quacũq́ȝ viam dederit fortũa ſequamur. ❡ Ibidẽ.
Audentes fortuna iuuat.
❡ Uirgilius Aeneidos lib.xi.
Multa dies variusq́ȝ labor mutabilis eui
Retulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit: ⁊ in ſolido rurſus fortuna locauit.
❡ Uirgilius lib.xij. Aeneidos.
Forſan miſeros meliora ſequantur. ❡ Ibidem.
Quo de⁹: ⁊ quo dura vocat fortũa ſequamur.
❡ Uirgilius ibidem.
Sors ⁊ virtus miſcentur in vnum.
❡ Uirgi. i paruo tractatu. ꝺ Fortũa.
Fortuna potens tantum
Iuris atrox que vendicas:
Euertiſq́ȝ bonos. erigis improbos:
Nec ſeruare potes muneribus fidẽ.
Fortuna imeritos auget honoribus
Fortũa innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hec aufert iuuenes: ⁊ retinet ſenes
Iniuſto arbitrio tẽpora diuidens:
Quod dignis adimit tráſit ad impios:
Nec diſcrimen hȝ rectaq́ȝ iudicat:
Incõſtans: fragilis: pfida: lubrica:
Nec quos clarificat ppetuo fouet:
Nec quos deſerit ppetuo premit.
❡ Ennius in ſeptimo.
Fortibus eſt fortuna viris data. Ennius
❡ Ennius in octauo.
Multa dies in bello conficit vnus
Et rurſus multe fortune forte recumbunt
Haud quaq́ȝ ſemper fortuna ſecuta eſt. Actius
❡ Actius in Telepho.
Nam ſi a me regnum fortuna atq́ȝ opes
Eripere quiuit: ⁊ virtutem nequiuit. Luca
❡ Lucanus lib.ij. phar.
Sors incerta vagatur
Ferturq́ȝ: refertq́ȝ vices: ⁊ hñt mortalia caſus.
❡ Lucanus lib.iij. phar.
Neq́ȝ enim tam ſufficit vlla
Precipiti fortuna viro. ❡ Lucanus ibidem.
Seruat multos fortuna nocentes.
❡ Idem lib.viij. phar.
Longi penas fortuna fauoris
Exigit a miſero.
❡ Ouidius metamor. lib.vij. fabula.xxvi.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
❡ Idem lib.xiij. fabula.iij.
Tanta homines rerum inconſtantia verſat.
❡ Ouidius Metamor. lib.xv. fabula.iiij. Ouidi.
Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim: ſic ad ferrum veniſtis ab auro
Secula: ſic totiens verſa eſt Fortuna locorum.
❡ Ouidius Metamor. lib.xv. fabula.xlij.
Omnia verti
Cernimus: atq́ȝ alias aſſumere robora gentes:
Concidere has: ſic magna fuit cenſuq́ȝ viriſq́ȝ
Perq́ȝ decem potuit tantum dare ſanguinis annos:
Nunc humilis veteres tantũmodo Troia ruinas.
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparte: magne viguere Micene.
Necnõ ⁊ cecropis. necnon amphionis arces:
Uile ſolum Sparte eſt: alte cecidere Micene
Oedipodionie qd ſunt niſi nomina Thebe?
Quid Pandionie reſtãt niſi nomẽ Athene?
❡ Ouidius triſtium lib.ij.
Quum cepit quaſſata domus ſubſidere partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq́ȝ fortuna rimam faciente dehiſcunt:
Ipſa ſuo ⁊ quondam pondere tracta ruunt.
❡ Ouidius ibidem.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt:
Nec veniam leſo numine caſus habet.
❡ Ouidius triſtium li.v. elegia.ix.
Illis qui quondam miſeris alimẽta negarat.
Nunc mendicatis paſcitur ille cibis.

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat:
Et manet in nullo certa tenaxq; loco
Sed modo leta manet: vult⁹ mō ſumit acerbos:
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.
Nos quoq; floruimus: ſed flos fuit ille caduc⁹:
Flammaq; de ſtipula noſtra breuiſq; fuit.
℄ Ouidi. de ponto li. iiij. elegia. ii.
Hec dea non ſtabili q̄ ſit leuis orbe fatetur.
Que ſummū dubio ſub pede ſemper habet.
Quolibet eſt folio: quauis incertior aura.
Par illi leuitas perfide facta tua eſt.
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.
Et ſubito caſu que valuere ruunt.
Diuitis audita eſt cui non opulentia Creſſi:
Nempe tamen vitā captus ab hoſte tulit:
Ille ſyracuſia modo formidatus in vrbe:
Uix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tū ipſe rogauit
Summiſſa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis:
Indigus eſt factus omnibus ille magis.
Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho:
Quo victrix totiens conſule. Roma fuit:
In ceno Marius iacuit: cannaq; paluſtri.
Pertulit ⁊ tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certā pſens vix habet hora fidem. ℄ Idem.
Caſus in euentu eſt.
℄ Ouidius epl'a Briſeidis ad Achillem.
An miſeros triſtis fortūa tenaciter vrget? ℄ Ouidi⁹.
Nempe dat ⁊ quodcunq; libet fortuna rapitq;:
Irrus ⁊ eſt ſubito qui modo Creſſus erat.
℄ Ouidius lib. iij. de arte amandi.
Dum licet: ⁊ ſpirant flamina nauis eat.
Tibu ℄ Tibullus lib. i. Elegia. v.
Verſatur celeri fors leuis orbe rota.
Mar. ℄ Martialis li. iiij. Epigr. de puero glacie occiſo.
Quid non ſeua ſibi voluit fortuna licere?
Hora. ℄ Horatius carminum lib. i. ode. xxxiiij.
Valet ima ſummis
Mutare: ⁊ inſignem attenuat deus:
Obſcura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit. hic poſuiſſe gaudet.
℄ Horatius carminū lib. iij. ode. xxix.
Fortuna ſeuo leta negocio: ⁊
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores:
Nunc mihi nunc alij benigna.
Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas reſigno que dedit: ⁊ mea
Uirtute me inuoluo: probamq;
Pauperiem ſine dote quero.
Iuue. ℄ Iuuenalis ſatyra. iij.
Ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit: quotiens voluit Fortuna iocari
℄ Idem ſatyra. vij.
Si fortuna volet: fies de rhetore conſul:
Si volet hec eadem fies de conſule rhetor.
Uentidius quid enim? quid Tullius? an ne aliud q̄
Sidus: ⁊ occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt: captiuis fata triumphos.
Felix ille tamen: coruo quoq; rarior albo.
℄ Iuuenalis ſatyra. x.
Turba tremens ſequitur fortunam: vt ſemper: ⁊ odit
Damnatos. ℄ Iuuenalis ſatyra. xiij.
Victrix fortune ſapientia.
Auſo. ℄ Auſonius.
Fama eſt fictilibus cenaſſe Agathocles regem
Atq; abacum ſamio ſepe oneraſſe luto. ⁊ paulopoſt.
Fortunam reuerenter habe: quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.
℄ Fran. Petrar. cantilena. viij. ſtantia. vij. Frāci. petrar.
Rade volte aduien chavalte impreſe
Fortuna iniurioſa non contraſti:
Cha glianimoſi facti mal ſaccorda:
℄ Fran. Petrarcha Triumpho Fame.
Che pocho val contra fortuna ſcudo.

Forum eſt exercendarū litium locus: ⁊ dr̄ iudiciale forum a ferendo: quia illuc cauſe ferantur. Et ē forum venale a ferendo: quia venalia illuc ferunt. Et eſt forū boariū in quo boues vendunt. forū olitorium: in quo herbe venduntur: quod erat antiquum macellum. forum piſcariū in quo piſces veneunt. Forum cupedinis in quo vendunt cupedia. Cupes enim ⁊ cupedia antiqui lautiores cibos nominabāt. Unde cupedinarij dicti ſunt oēs: qui eſculenta vendunt: ab eo q̄ alimenta rebus cupidinis pbeant. Dicitur etiā forum locus in quo cū populo agitur. conciones habentur: lites tractantur: ⁊ ibi Iudicia feruntur: vnde ⁊ forenſes dicunt: qui in foro verſantur. Et circūforanei qui circa forum ſpatiantur venditantes aliquid: aut ementes: aut ſciſcitantes: aut tempus inaniter terentes. Fori etiam maſculino genere: ⁊ pluraliter tantum. Sunt tabulata nauium: ab eo q̄ inceſſus ferant. Siqdē per eos naute diſcurrunt. Uirgi. lxatq; foros. Cicero alij per foros curſitent. Significant ⁊ fori pluraliter tantum: loca erecta: vt ex his ſpectetur. Et foruli ſunt armariola in quibus libri reponunt. Iuuenalis hic libros dabit: hic forulos.

FRATER grece. αδελφος. ου. ο. ⁊ αδελφικος. ου. ο. fraternus dicitur. Dicit autē frater quaſi fere alter: ſm̄ Augeliū lib. xij. noc. at. ex ſententia. P. Nigidij. Saluſtius in Iugurtha. Quis autem amicior q̄ frater fratri? aut quem alienū fidum inuenies? ſi tuis hoſtis fueris? hinc fratria fratris vxor, fraterculus diminutiuum: ⁊ fratrueles duorum fratrum filij. Salu.
℄ Sapientie cap. x. Sapiē.
Per iram homicidij fraternitas deperijt. Paulus
℄ Paulus ad Hebreos cap. xiij.
Charitas fraternitas manet in vobis. Augu.
℄ Augu. ⁊ hētur. xxiij. q. v. Immolans.
Qui effundit ſanguinē ⁊ qui fraudem fecit: neceſſario fratres ſunt. ℄ Augu. lib. i. de vnico baptiſmo: ⁊ hētur Di. lvi. cap. Sponſus.
Iſmael vt ſeparet a populo dei nō obfuit mater ancilla: ſed obfuit fraterna diſcordia: nec pfuit patris vxoris cuius magis filius erat. q: per ipſius iura cōiugalia ⁊ in ancilla ſeminat⁹ erat: ⁊ ex ancilla ſuſceptus eſt.
℄ Ioānes Chryſoſtomus ſuper Mattheū. Ioan. Chriſo.
Pro ſe orare neceſſitas cogit: p alijs aūt charitas fraternitatis hortat. dulcior aūt ante deū eſt oratio non quā neceſſitas trāſmittit: ſed quā charitas fraternitatis cōmendat. ℄ Rabanus ſup Mattheum. Raba.
Vera fraternitas eſt: que fratrē venerat deuotum: corripit diſſolutūq; pſenti obſequitur: abſentē nō rodit: ſano applaudit: infirmū nō deſerit: placatū non prouocat: iratum vt maiorem metuit.
℄ In collationib⁹ patrū ⁊ Abbatis Ioſeph. In col. patrū
Hec ē vera fraternitas q̄ nullis caſib⁹ ſcindit: quā nō ſolū diſſociare: vel delere: locorū vel tēporū interualla nō pualēt: ſz nec mors qdē ipſa diuellit. ℄ Ibidē.
Hec eſt vera ⁊ indirupta fraternitas q̄ gemina amicorū pfectiōe: ac virtute creſcit: cui⁹ ſemel inītū fedus: nec deſideriorum varietas: nec contentioſa dirrumpet contrarietas voluntatum. ℄ Ibidem.
Nihil pdeſt. ſi morib⁹: ac ppoſito diſſidētes vna habita

tione iungant:nec obeſt parili virtute fundatis p lo‑
corũ interualla diſiungi. Apud deũ nãqꝫ moꝝ cohabi
ratio:nõ locorũ vnitas fratres habitatiõe cõiungit.
Nec põt vnq̃ pacis integritas cuſtodiri:vbi volun‑
tatum diuerſitas inuenit. ℂIbidem.
Hui⁹ primũ fundamẽtũ ẽ ſubſtãtiã mũdialẽ in cõtẽptu
hr̃e. Iniuſtũ.n.atqꝫ impiũ eſt:ſi poſt abrenũciatã mũ
di:ꝛ oium q̃ in eo ſunt vanitatẽ p̃cioſiſſime dilectioni
fr̃is:ſupellex viliſſima q̃ ſupſtuit p̃ferat. Scðm ẽ:vt
vnuſqſqꝫ ita ſuas reſecet volũtates:ne ſe ſapiẽtẽ atqꝫ
cõſultũ eſſe iudicans:ſuis malit q̃ fratris diffinitio‑
nib⁹ obedire. Tertiũ eſt.vt ſciat oia ẽt q̃ vtilis:ac ne‑
ceſſaria eſtimat:poſtponenda bono charitatꝫ ꝛ pacis.
Quartũ ẽ:vt credat:nec iuſtis:nec iniuſtis de cauſis
penitus iraſcẽdũ. Quintũ:vt aduerſus ſe iracundiaꝫ
fr̃is:ẽt ſine rõne conceptã:eo mõ quo ſuã:curare deſi
deret:ſciens ęqualiter ſibi p̃nicioſam alteri⁹ eſſe triſti
ciã:ac ſi aduerſus aliũ ip̃e moueaṫ:niſi eũ quãtũ in ſe
Salu. eſt de fr̃is ẽt mẽte depulerit. ℂSaluſti⁹ i Iugurta.
Quis eſt amicior:q̃ frater fratri?aut quem alienum fi‑
dum inuenies:ſi tu his hoſtis fueris?
Hora. ℂHoratius epiſtolarum lib.i.elegia.iij.
At vos
Seu calidus ſanguis:ſeu rerum inſcita vexat
In domita ceruice feros:vbicunqꝫ locorum
Uiuitis:indigni fraternum rumpere fędus.

FRAVS grę. απατη. ησ. η. ꝛ απατηλος. ου. ο. fraudoſus ꝛ fallax dicitur.
Eſt autẽ fraus executio iniuſticię in factis:
ſm.b.Tho.ſecũda ſecũdę.q.lv.ar.v.
Fraus non põt eſſe ſine dolo: ſed bene dolus
ſine fraude. Ideo fraudi ineſt dolus ſicut ſpecies ge‑
neri:ex hea.Tho. ℂIbidem.
Fraus dr̃ a ferẽdo:ꝛ eſt deceptio quę alicui Inferṫ.fra
us ꝑ piculo qñqꝫ poniṫ. Uirg. Quis deus in fraudẽ:
quę dira potẽtia nr̃a Edit. Inde fraudo:as ꝛ fraudor
paſſiuũ.ꝛ defraudo: qð ẽ fructũ minuo: vel per frau
Dauid dẽ aliqd decerpo. Teren. Suum defraudans genius
comparſit miſer. ℂDauid pſalmo.xxx.
Erubeſcunt impij:ꝛ deducantur in infernum. Muta fi‑
Eccl'ia. ant labia doloſa. ℂEccleſiaſtici cap.xix.
Eſt qui nequiter humiliat ſe.ꝛ interiora ei⁹ plena ſũt dolo.
Hiere. ℂHieremias cap.vi.
A propheta vſqꝫ ad ſacerdotẽ:cuncti faciunt dolum.
Augu. ℂAuguſtinus de diffinitionibus.
Fallacia eſt ꝑ quã morib⁹ deceptorijs veritas palliatur
vel odium alterius:vel proipriũ cõmodum intendit.
ℂAuguſtinus.iij.confeſſionum.
Sunt qui ſeducunt per ph̃iam:magno:blãdo:ꝛ honeſto
nomine colorantes:ꝛ fucantes errores ſuos.
Hiero. ℂHiero.in ep̃la ad Ruſticũ monachũ.
Iudas de ap̃latus faſtigio in ꝑditiõis tartaꝝ labiṫ:nec
familiaritate cõuiuij:nec itẽtionẽ bucellę:nec obſeqj gra
tia frangiṫ:ne hominẽ tradat:quẽ filiũ dei nouerit.
Ambr. ℂAmbro.ſup illud matt.xxvj. Et oſculatus ẽ eũ.
Inſtrũ pacis mortẽ irrogat. Seruus dñs:diſcipulus ma
giſtrũ ſic ꝓdit:q̃ſi inquit ꝑ Inſtrm̃ pacis perimis ip
ſam pacẽ:de oſculo machinaris ipſam ꝑditionem.
ℂAmbroſius lib.de virginibus.
Venena nõ dãtur:niſi melle circũlita:ꝛ vitia nõ decipi‑
unt:niſi ſub ſpecie vmbraqꝫ virtutum.
Grego. ℂGreg.ſup illð Iob ꝯuerebar oia opa mea.
Duo timẽda ſunt in bonis opibus:deſidia ꝛ fraus.
ℂGregorius lib.ix.moralium.
Sciendũ quoqꝫ eſt:qð tribus modis fraus ipſa cõmitti
tur:q i ꝑ hãc ꝓculdubio aut tacta cordis humani gr̃a
aut fauoris aura:aut res q̃libet exterior deſideraṫ.
ℂGregorius ibidem.
Solus in dei opę fraudẽ nõ facit:qui quũ ad ſtudia bõę
actionis inuigilat:nec ad corporalis rei p̃mia:nec ad
laudis v̓ba:nec ad humani iudicij gratiã anhelat.
ℂGregorius in moralibus.
Doloſus aduerſarius ferire ſil'uiṫ:ꝛ apte ſęuiens:ꝛ in
ſidioſe latẽs: Ut dũ occulto ſagitta metuiṫ:minus an
te faciẽ haſta timeaṫ:vel dũ ante faciẽ haſtę reſiſtiṫ:
nequaq̃ ex occulto veniens ſagitta videaṫ.
ℂIſido.ſniaꝝ lib.ij.ꝛ hr̃.xxij.q.v.c. Quacunqꝫ. Iſido.
Quacũqꝫ arte v̓boꝝ qs iuret:de⁹ tñ qui ꝯſciẽtię teſtis
ita h̓ accipit: Sicut ille cui iuratur intelligit. Dupl'r
aũt reus fit:qui ꝛ nomẽ dei in vanũ aſſumit:ꝛ proxi‑
mũ dolo capit. ℂIſidorus in Synonimis.
Dolus eſt quũ aliud agiṫ:ꝛ aliud ſimulaṫ. Callidus eſt:
qui exitium virtutis dolo:ac fraude imitatur.
ℂOrigenes ſuper ep̃i.ad Ro.lib.iiij. Orige.
Dolus eſt:quũ aliud qs lingua loqṫ:aliud voluit i cor
de:qð crimẽ neſcio ſi vel nudos q̃ſqꝫ ꝛ electos relin‑
quatꝫ puto ꝙ ali⁹ plus:alius minus:nemo tñ ſic ad
hoc ꝑfecte liber:niſi ille de q̃ dr̃:q pctm̃ nõ fecit:nec
inuẽt⁹ eſt dolus in ore eius. ℂBernar.ſup cãtica. Ber.
Diuturna fraudatio ſtudioꝝ eſt nutrix:ſuſpitionum fo‑
mes:impatiẽtię fax:nouerca amoris:dep̃patiõis mr̃.
ℂCaſſiodorus lib.v.epiſtolarũ. Caſſio.
Inſpatũ bonũ ẽ:ſi is ad quẽ deceptiõis ptinet p̃iculũ:ſi
bi gr̃ę ꝓcuret augmẽtũ. Ius.n.exigit ſagittas frau‑
dis rediṙ i doloſũ v̓ticẽ ſagittãtis. ℂSe.i ꝓuerbijs. Seneca
Fraus eſt accipe qð nõ poſſis reddere. Repelli ſe homo
facilius:q̃ decipi ferũt. ℂSeneca Tragędia.
Fraus ſublimi regnat in aula.
ℂCicero lib.iij.de natura deo. Cicero
Malitia eſt verſuta:ꝛ fallax ratio nocendi.
ℂCicero officiorum lib.j.
Quũ duob⁹ modis fiat iniuria:aut vi:aut fraude. Fra⁹
q̈ſi vulpeculę:vis leonis vr̃:vtrũqꝫ v̓o ab hoie alieniſ
ſimũ. Totius aũt iniuſtitię nulla ẽ capitalior:q̃ eoꝝ:
qui quũ maxime fallũt:id agũt:vt boni videantur.
ℂCicero lib.de amicitia.
Maxima culpa eſt in eo qui ꝛ veritatẽ aſpernatur: ꝛ in
fraudem obſequio impellitur.
ℂDiogenes de vita ꝛ moribus ph̃orum. L.dio.
Magis amicoꝝ inuidiã:q̃ inimicoꝝ inſidias cauere de
bemus: Illud.n.aptum:hoc cęlatũ eſt malum:nocen
diqꝫ fraus quę non ſperatur potentior eſt.
ℂUirg.lib.vj.Aenei.loquẽs de Inferno. Uirgi.
Hic quibus inuiſi fratres dum vita manebat:
Pulſatuſue parens:ꝛ fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis:
Nec partem poſuere ſuis:quę maxima turba eſt.
ℂOuidius de arte amãdi lib.j. Ouidi.
Tuta frequenſqꝫ via eſt per amici fallere nomen:
Tuta frequenſqꝫ licet:ſit via:crimen habet.
ℂOuidius lib.iij.artis.
Reddite depoſitum:pietas ſua fędera ſeruet.
Fraus abſit:vacuas cędis habẽte man⁹. ℂCatullus. Catul.
Nec fata impia fallacium hominum cęlicolis placent.
ℂFran.Petrarcha triũpho amoris. Frã.pe.
Che ſe prehende dilectio di far frode
Non ſe de lamentar ſaltrui linganna.

FRons grę. μετωπον. ου. το. dr̃. Et eſt pars faciei:
quę ſub ſincipite poſita inter ip̃m:ꝛ oculos eſt. ſm
Ariſto.lib.i.de aialib⁹. Diciturqꝫ a ferẽdo qð indicia
animi p̃ſe ferat. eſt.n.triſticię:hilaritatis: clęmentię:
ſeueritatis indiciũ. Uarro tñ illã partẽ potius vult
a foraminib⁹ oculoꝝ dici. Hui⁹ cõpoſitũ bifrons:qð
geminã frontem habet:ꝛ frontoſus:quo nõnulli pro
Impudẽte vtunṫ. Et ẽ frõs frõdis not i ſignificat ſil'r
a ferendo dicta:quoniã frondes arborum huc ꝛ illuc
vẽro feranṫ:frondes proprie tantum arborum ſunt
herbarum vero arborũ ꝛ floris tam frondes:q̃ folia.

FRugalitas grę. λιτότης. ητος. η. τ λιτός. οῦ. ο. frugalis dr̃. Eſt aũt frugalitas virtus q̃ motus animi regit: τ ſedat: moderatãq3 in omni re nouit ſeruare cõſtantiã. Sũtq3 frugi hoies: quos gręci χρησίμους dicunt: qui in omni re motus animi moderantur.
Frugalitas virtus eſt media inter ꝓdigalitatẽ: τ auaritiã: quũ: nec nimis parce rebus vtimur: nec nimis luxurioſe. Eſt igiť moderata parſimonia cibi τ potus. Hinc frugaliter aduerbiũ: tẽperate: modeſte: Dicũť aũt hęc oĩa a frux nominatiuo ꝓ fruge. Uarro. Frux: legumen: triticum. Hinc frugi indeclinabile nomen. Suntq3 frugi: De qbus ſupra. Hinc ẽt frumentum: quaſi frugamentũ: τ fruor: quaſi ex vſu frugum delectationem capio. Unde fruitio: De qua infra.

FRuitio gręce ἀπόλαυσις. ιος. η. τ ἀπολαύω fruor dicitur.
Fruor τ vtor ita differũt: q̄ Fruitio ptinere videtur ad amorẽ vel delectationẽ: quã aliqs h3 de vltimo expectato: qđ eſt finis: ſm. b. Tho. pma ſcđę. q. xi. articu. j. Uti vo ſi cũ homine iungať cõuerſari eſt. Si vo cum alijs iungiť eſt vſum hr̃e. Martialis. Utere lactucis τ mollibus vtere maluis. Hinc vſus fit q̄ interdũ ſignificationẽ vtendi h3. Interdũ: cõſuetudinẽ: conuerſationẽ: aliqñ p̄ opus eſt. Hinc vtilitas: p qua nonnunq̃ vſum ponim⁹: τ vtiliter aduerbiũ. Itẽ apud iuriſcõſultos vſuſruct⁹ dr̃: quũ res aliq̃ nõ nr̃a eſt: ſ3 p inde ex ea fructũ: atq3 vtilitatẽ capim⁹: ac ſi nr̃a eẽt: diffiniturq3 ab Ulpiãno: vt ifra i dictiõe Uſuſruct⁹.

FUcatio a fucus venit: Fucus vo gręce φῦκος. ου. ὁ. τ φυκίον fuco dr̃. Et eſt ſpẽs fictionis ad mẽtiẽdũ pulchritudinẽ: ideo ſemꝑ eſt pctm̃. Sed nõ ẽ mortale niſi fiat ad laſciuiã vel ɔ̃tẽptũ dei. Tñ licet occultare turpitudinẽ cauſatã ex infirmitate: vľ ex alia cã accidentali: ex. b. Tho. ſcđa ſcđę. q. clxix. ar. ij. Deberet ſcribi per ph apud nos quũ3 gręca dictio ſit: licet conſueſcat a nonnullis per f ſcribi.

FUndamentũ grę. θεμέλιον. ου. τό. dr̃: τ venit a fundum di: qđ ꝓprie eſt vniuſcuiuſq3 rei: q̃ aliqd in ſe liquoris cõtineat: vel ad cõtinendũ facta: vt dolij: nauis: alui: fluminis: lacus: maris. Hinc aduerbiũ funditus: hoc eſt a fundo. Et ꝓfundus qđ ꝓprie imum ſignificat: vt ꝓfundũ mare dictũ: q̄ porro hẽat fundũ Aliquãdo ẽt p̄ alto. Uirgi. Terras cęlũq3 ꝓfundũ. Quippe ferant rapidi ſecum profunde: ꝓfunditas: profundiſſimus: τ ꝓfundiſſime hinc ſunt.

FUror gręce ὀργή. ῆς. η. vel χόλος. ου. ὁ. dr̃. Et eſt ira accenſa: nõ differẽs re ab ira: ſed ſm magis τ minus hea. Tho. ſuper ps. xxxvj. col. vj.

FVRTVM gręce κλοπή. ῆς. η. τ κλέπτης. ου. ὁ. fur dr̃. Et eſt occulta acceptio rei alienę: ſm bea. Tho. ſcđa ſcđę. q. lxvj. ar. iij. Furtũ eſt minus graue q̃ rapina dupliciter Primo: q2 inuolũtariũ p vi3 eſt maius q̃ p ignorãtiã. Scđo q2 Rapina eſt in re τ in ꝑſona. Furtum vero in re tantũ: ſm. b. Tho. ibidem arti. ix.
Furtũ ſm legiſtas. ff. de furtis. l. j. Eſt cõtractio rei alienę mobilis τ corporis fraudoloſa Inuito domino lucri faciendi gratia: ſiue ipſius rei: ſiue vſus rei: ſiue poſſeſſionis. Differt autẽ fur ab abigeo: q2 fur generale nomen eſt: Abigeus ſpeciale. Quid aũt abigeus ſiue abactor ſit: vide ſupra in Abactor: Dr̃ aũt furtũ a fur: fur vo a furuũ: qđ veteres atrũ dicebant: vnde furuo fuligo. Furtũ p̄terea iterdũ ſignificat adulteriũ. Ouidi. Nec tibi nẽpe patrẽ furta dedere Iouẽ: q̄ adulteria ſicuti τ latrocinia furti3 h eſt clã ſoleãt ꝑpetrari.
Exodi ℭ Exodi. cap. ij.
Non furtum facies.
ℭ Exodi cap. xxj.
Qui furatus fuerit hominẽ τ vẽdiderit eũ ɔuictus noxę morte moriatur. ℭ Leuitici cap. xix. Leuiti.
Non facietis furtum.
ℭ Deuteronomij capitulo. v. Deute.
Furtumq3 non facies. ℭ Tobias capitulo. ij. Tobias
Non licet nobis aut edere ex furto aliqd: aut ɔ̃tingere.
ℭ Iſaias cap. xxxiij. Iſaias
Veh qui prędaris nonne τ ipſe prędaberis?
ℭ Paulus ad Epheſios cap. iiij. Paul⁹
Nolite locũ dare diabolo. Qui furabať iã nõ fureť: magis aũt laboret operando manibus ſuis qđ bonũ eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.
ℭ Auguſtinus in ſermone de. x. plagis. Augu.
Nemo h3 iniuſtũ lucrũ ſine iuſto damno: verbi grã: Qui furať acquirit veſtẽ: Sed pdit fidẽ: vbi lucrũ ibi dãnum: lucrum in arca: damnum in conſcientia.
ℭ Hiero. τ hr̃. xij. q. ij. c. gl'ia. epi. §. Amico. Hiero.
Amico rapere quippiã furtũ eſt eccleſiã fraudare ſacrilegiũ eſt: accepiſſe pauꝑibus erogãdũ: τ eſurientibus plurimis illud reſeruare: vel cautũ vel timidum eſt: aut quod apertiſſimi ſceleris exinde aliqd ſubtrahere oium p̄donum crudelitatẽ ſuperat.
ℭ Seneca ad Luciliũ epiſtola. lxxvj. Seneca
Nulli vo ẽt cui rapina ceſſit feliciter: gaudiũ recte durauit in poſterũ. ℭ Seneca in ꝓuerbijs.
Alienũ nobis: noſtrũ plus alijs placet. ℭ Ibidẽ.
Alienum ęs homini ingenuo acerba eſt ſeruitus.
ℭ Ariſtoteles lib. ij. Rhetoricoꝝ. Ariſto.
Omnis fur malignus eſt.
ℭ Cicero officiorum lib. iij. c. v. Cicero
Detrahere aliqd alteri: τ alterius incõmodũ ſuũ cõmodũ augere: magis eſt ɔ̃ naturã: q̃ mors: q̃ dolor τ cetera q̃ pñt corpori accidere. ℭ Idem lib. iij.
Si vnuſqſq3 rapit ad ſe cõmodũ alienũ: τ diſtrahit q̃ pe emolumẽti ſui grã: Societas τ cõitas hoiu3 euertiť.
ℭ Saluſtius in Iugurta. Salu.
Oportũitas ẽt mediocres viros ſpe p̄dę trãſuerſos agit
ℭ Iulius celſus de geſtis Cęſaris. Iulius Celſus
Et pecunię cupiditate factiones diſſenſioneſq3 naſcuntur. Nã τ p̄dę cupiditas mollos longius euocat.
ℭ Phocylides. Phocy.
φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην
ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας
A furibus ne ſuſcipias furtiuum viris depoſitum.
Ambo enim fures: τ qui recipit: τ qui furatus eſt.
ℭ Plautus in penulo. Plau.
Male partum: male diſperit.
ℭ Catullus in Epithalamio. Catul.
Nocte latent Fures.
ℭ Iuuenalis ſatyra. iij. Iuue.
Me nemo miniſtro
Fur erit.

FUturũ grę. μέλλον. οντος. τό. dicitur. Et eſt qđ nũdum aduenit: quum aduenturũ ſit.
ℭ Actuum apoſtolorum. c. j. Actuu3
Nõ eſt veſtrũ noſce tpa vel momenta q̃ pr̃ poſuit in ſua ptãte: ſed accipietis ṽtutẽ ſupuenictis ſpũs ſancti in vos: τ eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ: τ in oi Iudea τ Samaria: τ vſq3 ad vltimũ terrę.
ℭ Menander. Menã.
θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν. i.
Mortalis natus in futurũ conare inſpicere.
ℭ Idem.
μένει δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν. i.
Imminet autem vnicuiq3 hoc q̄ debet pati.
ℭ Idem.
μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ' ἀλλ' ἃ συμφέρει. i.
Ne mihi fiãt q̃ volo: ſed q̃ cõducant. ℭ Idem.
οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται. i.
Nullus de futuro tuto deliberat.

GAVDIVM grece. χαρα. ας. ἡ. vel χαρμα. ατος. το. vł χαρμαι. ις. ε. dr̄ ⁊ χαιρω gaudeo: Et eſt gaudiū: paſſio cõcupiſcibilis proueniēs ex perfectionis appetite cõiunctiõe: ſm̄ interiorem apprehenſionem ſenſus vel intellectus. ſm̄ b. Tho. iiij. ſen. di. xlix. q. iij. ar. i. vel ſic.

Gaudium eſt affectio animi alicuius preſentis boni opinione concepta. a quo gaudeo verbum. Sūt q velint gaudiū a verbo greco deducere. Illi. n. γαιρω superbus dicunt. Differunt autem ſic gaudeo ⁊ letor. ꝙ letari eſt extrinſecus: gaudere vero intrinſecus. Quare proprie letus is dicitur qui hilaritatem quam intus habet: etiam vultu oſtendit.

Gaudere ⁊ gratulari differūt: ⁊ vt placet Donato ſuper Terentio quia gaudemus nobis gratulamur alijs: vel gaudemus noſtris. gratulamur alienis.

Prouer. Ꞇ Prouerbiorum cap. xv.

Cor gaudēs exhilarat faciē merore animi deijcit̃ ſpūs. Anim⁹ gaudēs etatē floridā facit. Spūs triſtis exſiccat oſſa.

Augu. Ꞇ Auguſtinus lib. ix. confeſſionum.

Eſt gaudium quod non datur impijs: ſed eis qui te gratis colūt. quoꝝ gaudiū tu ipſe es ⁊ ipſa ē beata vita. gaudere te propter teipſa eſt ⁊ non eſt altera.

Ꞇ Auguſtinus ſuper. ps. lii.

Temporalibus gaudent qui bona eterna non norunt deſiderare. Ꞇ Auguſtinus ſuper Joannem.

Comparem⁹ gaudia veritatis cū gaudio vanitatis: ⁊ ſi honoremus doleamus: ⁊ ſi dolemus oremus: ſi oram⁹ exaudiamur: ſi exaudiamur ⁊ illos lucramur.

Ꞇ Augu. lib. d̃ cõflictu vitioꝝ ⁊ virtutum.

Inepta leticia dicit: vt qd animi gaudiū int⁹ abſcõdis? Ingredere in publicū: letus dic aliqd foris: Vñ vel tu vel proximi rideant: fac eos letos tua leticia.

Hiero. Ꞇ Hieronymus ſuper Iſaiam.

Animi leticia interdum corporis dolores mitigat: qð ſi ad egrotationes corporis accedat egritudo animi: duplicat̃ infirmitas.

Grego. Ꞇ Grego. lib. xij. moralium.

Dignum eſt itaqꝫ vt in ſe ſemper homo merores inueniat: qui derelicto errore gaudium in ſe querebat.

Ꞇ Gregorius lib. xx. moralium.

Sepe a diſcipline metu reſoluimus ſubditos: ſi nr̃o regimini hilaritatis frena relaxamus: q2 dū nos quaſi licēter letos aſpiciūt: audaci⁹ ipſi ad illicita reſoluūt̃.

Ꞇ Gregorius moralium lib. xxiiij.

Iubilū dr̃ qñ ineffabile gaudiū mēte cõcipit̃: qð nec abſcõdi poſſit: nec ſermonib⁹ aperiri: ⁊ tñ qbuſdā ꝓdit̃ motib⁹: quãuis nullis ꝓprietatib⁹ exprimatur.

Ꞇ Gregorius moralium lib. xxviij.

Iubilatio dr̃ quū cordis leticia oris efficacia nõ explet̃: ſꝫ qbuſdā modis gaudiū ꝓdit: qð ipſe qui gaudet: nec regere ꝑualet: nec explere. Ꞇ Ibidem.

Solet leticia arcana mētis apiritaiqꝫ ꝯprendo amittere: Boeti⁹ aduerſa ſo quū nos exteri⁹ deprimūt: interi⁹ cautiores reddūt. Ꞇ Boeti⁹ d̃ ꝯſolatiõe lib. i. metro. vltio.

Tu quoqꝫ ſi vis.
Lumine claro:
Cernere verum:
Tramite recto:
Carpere callem:
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemqꝫ fugato:
Nec dolor adſit:
Nubila mens eſt:
Vinctaqꝫ frenis
Seneca Hec vbi regnant. Ꞇ Seneca epiſtola. lxiij.

Dicimus nos magnū gaudiū ex illius ꝯſulatu qð nõ eſt gaudiū: ſꝫ vt ſepe initiū future triſticie. Gaudio. n. iūctū eſt nõ deſinere: nec in ꝯtriū verti. Deo tēdunt ad gaudiū. Se vnde ſtabile ⁊ magnū cõſequat̃ ignorãt. Ille ex cõuiuijs ⁊ luxuria. Ille ex ambitione ⁊ circūfuſa cliētū turba. Ille ex amica: ali⁹ ex ſtudioꝝ liberaliū vana oſtētatiõe: ⁊ nihil ſonãtib⁹ litteris. Deo iſtos oblectamēta fallacia ⁊ breuia decipiūt ſicut ebrietas que vni⁹ hore hilarē inſaniā lõga ſpacio tedio penſat.

Ꞇ Seneca in prouerbijs.

Malum alienum tuum ne feceris gaudium.

Ꞇ Seneca in Hercule furente. Tragedia. i.

Dum fata ſinunt viuite leti
Properat curſu vita citato
Volucriqꝫ die rota precipitis vertitur anni.

Ꞇ Caſſiodorus lib. iiij. Epiſtolarum. Caſſio.

Nouum eſt ſub amore principis cuſtodire moleſtiā: que tā clara ꝙ̃ rara eſt: q2 gaudia ſemꝑ animos inquietãt: modus enim raro letis rebus interuenit.

Ꞇ Ceſarius in admonitione. ij. Ceſari⁹

Verū gaudiū nõ poſſidet̃ niſi pax ⁊ iuſticia teneat̃: prima enim ē: ⁊ qſi radix iuſticia: ſcða pax: tertia gaudium. De iuſticia naſcit̃ pax: de pace gaudium generatur.

Ꞇ Hugo lib. iij. de Anima. Hugo

Vis nūqꝫ eē triſtis: bñ viue: bona vita ſꝑ gaudiū habet.

Ꞇ Cicero Tuſ. queſt. lib. iiij. Cicero

Geſtienſqꝫ leticia turpis ē: vt ſi ridere ꝯceſſū ſit: vituperatur tñ cachinatio. Ꞇ Cicero lib. iiij. Tuſ. queſt.

Et vt nimis afflicti moleſtia: ſic animi elati leticia iure iudicantur leues. Ꞇ Cicero lib. iiij. Tuſ. queſt.

Atqꝫ vt confidere decet: timere non decet: ſic gaudere decet: letari non decet.

Ꞇ Ouidius Metamorphoſeos lib. vij. fa. xxiiij. Ouidi⁹

Vſqꝫ adeo nulla eſt ſincera voluptas.
Sollicitumqꝫ aliquid letis interuenit.

Ꞇ Ouidius epiſtola. Herus ad Leandrum.

Longa mora eſt nobis omnis que gaudia differt.

Ꞇ Martialis. Epigramaton lib. i. ad Juliū. Mar.

Expectant curęqꝫ catenatiqꝫ labores
Gaudia non remanent: ſed fugitiua volant.
Hec vtraqꝫ manu complexuqꝫ aſſere toto.
Sepe fluunt imo ſic quoqꝫ lapſa ſinu.
Non eſt (crede mihi) ſapientis dicere viuam.
Sera nimis vita eſt craſtina: viue hodie.

Gazophilatiū dictio ē cõpoſita ex pſico ⁊ greco: pſico quidē vt Gaza que apud nos opes ſignificat: ⁊ φυλαττω cuſtodio. Et eſt arca ſiue quis alius locus in quo precioſior ſuppellex conſeruatur.

Genealogia eſt generationis ſeries. Componiturqꝫ ex γενεα. i. generationis ⁊ λογια ſermo.

Generatio g̃. γεννησις. εως. ἡ. ⁊ γεννάω genero dicit̃. Eſt aūt generatio mutatio ex non ente in ens. ſm̄ Ariſtote. lib. de generatione ⁊ corruptione. vel ſic.

Generatio eſt mutatio huius totius in hoc totuꝫ nullo ſenſibili manente eodem: vt ſubiecto. ſcðm Eundem.

Generatiua potētia ē actiua: ⁊ ē in patre ꝑfecte: in mr̃e vero impfecte. ſm̄. b. Tho. iij. parte. q. xxxij. ar. iiij.

Genitū ē qð eſt ens ꝯtingēs prius nõ eſſe. ſꝫ Ariſto. lib. i. de celo ⁊ mūdo. Dr̃ aūt genit⁹ a gigno: ⁊ nõ a gñor: ⁊ ꝯuenit animatis tm̄. ſꝫ b. Tho. iij. ſen. di. viij. q. i. ar. i.

Generoſus g̃. ευγενης. εος. ο. ἡ. Ita differt a Nobili: ꝙ Nobile eſt id qð ex bono ꝓdijt genere. Generoſum qð nõ a ſui nã degenerauit. ſꝫ Ariſt. li. i. d̃ aialib⁹.

Generoſus eſt preclaro genere natus: vnde generoſitas hoc eſt nobilitas: ⁊ generoſe nobiliter.

Genus: g̃. γενος. εος. το. dr̃. Et eſt quod predicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo qð quid: vt animal predicatur de homine ⁊ aſino: que ſpecie differunt. ſm̄ Ariſto. lib. predicamētorum.

Genus multis modis dr̃. Eſt. n. proprie principiū: vnaſcuiuſqꝫ gñationis: vel ab eo q genuit: vel a loco in quo genit⁹ ē: vt Oreſtes a Tantalo ducit gen⁹. Ouidius. Et

genus a magno ducētē forte Gradiuo. Et Plato eſt atheniēſis gñe. Patria.n.generatiōis principiū cui cūq₃ eſt:queādmodū ⁊ parētes. Hinc ꝑ methaphorā multitudo dr̃ genus: vt Romanorū genꝰ. Eſt ⁊ genus cui ſupponit̃ ſpecies vt ſupra. Diffinitur ꝙ ſit quaſi principiū ſub ſe poſitarū ſpecierum. Genus itē vocamꝰ eſſe per qđ alicuiꝰ rei qualitas declarat̃: vt genꝰ mortis: genus vite: genus exēpli: genuſ marmoris: genus coloris: genus veſtis. Virgi. Qđ genus hoc hominū. A genus fit generatim: hoc eſt per ſingula gñā.

Geometria dictio eſt greca cōpoſita ex γῆς qđ eſt terre ⁊ μέτρον. menſura: eſt ⁊ terre menſura. Qui vero huiꝰ artis peritiā hꝫ geometra: geometer. geometres dr̃. Juuenalis. Grāmaticus: Rhetor: geometra: pictor: aliptes: augur: ſchenobates: medicus: magus oia nouit. Ita enim legendū arbitror: non geometer: nec geometres: vt aliq̄ ꝑcepere. Quoniā apđ grecos γεωμέτρης. ου. ο. geometra dr̃. Qđ quū per ω ſcribatur neceſſario illud o longat̃. Terra aūt ab illis mō γῆ. γῆς. Mō γαῖα. ας. Mō γαῖα. ας. ſcribit̃. Itaq₃ geometra habebit ꝓmā ſyllabā lōgā diphtōgo. Ita ⁊ γαίης longauere Homerus ⁊ Phocylides. Homerus.n.ait in odyſſeę. οὔτι ἔοικε. ... γαίης ... ἄλλο ... Phocylides. ... γαίης ... καὶ πάντα πρὸς αὐτήν. Nec negamus ge in cōpoſitione a grecis non nunq₃ breuiari. Verū dicimus ω breuiari non poſſe.

Gingiue a gignēdis dentibꝰ dicuntur. ſm Lactantium lib. de opificio dei.

Glacies: grę. κρύσταλλος. ου. ⁊ κρύσταλος. ου. glacial̃ dr̃. Et eſt coagulatio frigidi: ⁊ humidi. ſm Ariſt. li. i. de generatione ⁊ corruptione. Dicit̃ aūt glacies q̄ſi gelacies: vñ glacio: verbū. hoc eſt in glacię aſtringor ⁊ glacialis qđ glaciari: hoc eſt in glacię aſtringi pōt. Juuenalis. Et glacialem oceanū.

Gloria grę. δόξα. ης. ⁊ δοξάζω. glorifico ⁊ ἔνδοξος. ου. ο. glorioſus dicitur. Eſt frequens de aliquo fama cum laude. ſm Ciceronem in Rhetoricis.

Gloria eſt illuſtris ac peruagata multorum ⁊ magnorum: vel in ſuos ciues: vel in patriā: vel̃ in oē genus hoīꝫ fama meritorū: ſm Ciceronem in oratione pro. M. Marcello.

Gloria ē clara noticia cū laude ſm Ambroſiū ſup epiſtola ad Romanos. ¶ Paulꝰ ad corynthios ſcđę. c. i.

Paulꝰ Nam gloria noſtra hęc ē teſtimonium cōſcientię noſtrę.

¶ Jo. chryſoſtomus homelia. iiij.

Joan: Chriſo. Si gloriari cupis gloriā deſpice: ⁊ olbus glorioſior eris.

¶ Boetius đ cōſolatiōe li. iij. proſa ſexta.

Boetiꝰ Gloria vero q̄ fallax ſepe q̄ turpis eſt? Unde non iniuria. Tragicꝰ exclamat: O gloria gloria millibꝰ mortaliū nihil aliđ facta niſi auriū inflatio magna? Plures.n. magnū ſepe nomē falſis vulgi opinionibꝰ abſtulerūt. Quo qđ turpius excogitari poteſt? Nā q̄ falſo ꝑdicant̃ ſuis ipſi neceſſe ē laudibꝰ erubeſcant. Que ſi et meritis cōqueſitę ſint qđ tñ ſapientis adiecerūt ꝯſcientię? q̄ bonū ſuū nō populari rumore: ſꝫ conſcientię veritati metitur. ¶ Caſſiodorus lib. i. epiſtola. xxiii.

Caſſio. Laborē quippe nō refugit q̄ virtutis gloriā concupiſcit.

¶ Caſſiodorus li. i. epiſtola. iij.

Creſcere virtutes ſolent ad pręconij faſtigium.

¶ M. T. Cicero in paradoxis.

Cicero Neq₃ eſt.n. vllū bonū: đ quo is q̄ habeat nō poſſit honeſte gloriari. ¶ Frā. petrar. đ remedijs ꝓſperę fortūę.

Frāci. petrar. Gaudeo inueni magnā gloriā. Rñdeo. Magna i exiguo qualiter explicet̃ nō itelligo. Si tēporū: ſi locorū an guſtias metiare. magnā hic gloriā ñ poſſe fateberis. Nā ⁊ ligdo cernit̃ q̄ nā ſit hęc mortalis: atq₃ terrenę glorię magnitudo: ſi tñ fulgēs ⁊ digna ſit tibi gloria: gaude non ꝙ habeas: ſed ꝙ meruiſti.

¶ Q. Curtius de geſtis Alexandri li. viij. Q. cur.

Quis neget eximiam quoq₃ gloriam ſępius fortunę q̄ virtutis eſſe beneficium. ¶ Val. mari. li. viij. Vale. mari.

Nulla eſt tanta humilitas: quę dulcedine glorię nō tangatur illa vero a claris viris interdū ex humillimis rebus petita eſt. ¶ Saluſtius in Jughurta: Salu.

Meminiſſe debemꝰ poſt gloriā inuidiā ſeq. ¶ Ibidē:

Difficile eſt inuidiam gloria vincere.

¶ Ouidius li. xi. fa. viij. metamorphoſeos. Ouidiꝰ

An obeſt quoq₃ gloria multis.

¶ Martialis li. v. Epigram. ad Regulum. Mar.

Vos tamen o noſtri non feſtinate libelli.
Si poſt facta venit gloria non propero.

¶ Tibullus li. iiij. Elegia. x. Tibul.

Nil opus inuidia eſt: procul abſit gloria vulgi:
Qui ſapit intacito gaudeat ille ſinu.

Gloria grece. δόξα. ης. vel κλέος. ους. ⁊ αἰώνιος. ου. ο. ęternus dicitur.

Gloria ęterna quam ſancti habēt ē magna quincupliciter. Eſt.n. intēſa extēſa: ęterna: ꝑfecta: ⁊ integra ex. h. Th. ſup Iſa. c. xxxiiij. in fine. ¶ Eſdrę tertij. c. viij. Eſdre

Hoc ſeculum fecit altiſſimus propter multos: futurum autem propter paucos. ¶ Dauid pſal. xxiij.

Quis aſcendet in mōtē dñi: aut q̄s ſtabit i loco ſancto eius? Innocēs manibꝰ: ⁊ mūdo corde qui nō accepit in vano animā ſuā: nec iurauit i dolo ꝓximo ſuo. Hic accipiet benedictionem a domino: ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo. ¶ Dauid pſal. lxxxiij. Dauid

Beati qui habitant in domo tua domine. In ſecula ſeculorum laudabunt te. ¶ Dauid pſal. cxlix.

Exultabūt ſancti in gloria: lętabūtur in cubilibꝰ ſuis.

¶ Iſaias. c. xxxiij. Iſaias

Qui ambulat in iuſticijs: ⁊ loquitur veritatē: q̄ ꝓijcit auariciā ex calūnia: ⁊ excutit manꝰ ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas: ne audiat ſanguinē: ⁊ claudit oculos ſuos: ne videat malū. Iſte in excelſis habitabit: munimenta ſaxorum ſublimitas eius.

¶ Baruch. c. iij. baruch

O Iſrael q̄ magna eſt domꝰ dei: ⁊ ingēs locꝰ poſſeſſionis eius? Magnus eſt: ⁊ non habet finem excelſus ⁊ immenſus. ¶ Matthęus. c. xiij. Mat.

Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

¶ Joannes. c. xvij. Joānes

Hęc aūt vita ęterna: vt cognoſcāt te ſolū deū verū: ⁊ quē miſiſti Jeſum Chriſtum. ¶ Paulus ad Ro. c. viij. Paulꝰ

Exiſtimo.n. ꝙ non ſunt condignę paſſiones huius tpis ad futuram gloriam: q̄ reuelabitur in nobis.

¶ Paulus ad Ro. c. xi.

O altitudo diuitiarū ſapiētię ⁊ ſcię dei q̄: incōꝓhēſibilia ſūt iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ. Quis.n. cognouit ſenſum dñi? aut quis cōſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: ⁊ retribuetur ei. Quoniam ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula amen. ¶ Pau. ad coryn. pria. c. ij.

Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec i cor hoīs aſcēdit q̄ ꝓparauit deus his qui diligunt illum.

¶ Idem ad corynt. ſcđa. c. iiij.

Quę enim videntur temporalia ſunt q̄ aūt nō videntur ęterna ſunt. ¶ Paulus ad corinthios cap. v.

Scimus.n. q̄m ſi terreſtris domꝰ noſtra huiꝰ habitationis diſſoluat̃: ꝙ ędificationē ex deo habemꝰ domū ñ manufactā. ſꝫ ęternā i cęlis. ¶ Aug. đ miſeri. li. i. c. i.

Ex pte cognoſcimꝰ q̄ diu in hoc ſeculo ſumꝰ: ſꝫ ſi ad illā lucē pris luminū veniemꝰ: nihil in creaturis erit qđ neſciamꝰ. ¶ Aug. ad Oroſiū queſtione. xxvj. Augu.

Plus vr̃ in deo creatura: q̄ in ſe ipſa videat̃. Plꝰ in ar

te quā facta eſt:ꝙ̄ in ſe ipſa:que facta eſt.

¶ Aug. de trinitate lib. i. c. ij.

Sūmum bonū nō niſi mentibus purgatiſſimis cernit. Mentis.n.humane acies inualida in tā excellēti luce nō figitur.niſi per iuſticiā fidei nutrita vegetetur.

¶ Aug. ſuper geneſim ad litteram.

Leticia bone ↄſcientie paradiſus eſt:vñ ⁊ eccleſia in ſanctis tēperat̃:⁊ pie:⁊ iuſte viuētibus paradiſus recte dr̃ pollens affluentia gratiarum affluenſꝙ delicijs.

¶ Augu. de verbis domini ſermone. xij.

Hoc opus eſt bonū:qđ nō potes inuitus amittere. Potes aurum amittere:etiā nolens potes deinde honores.⁊ ēt ipſam ſalutē amittere:Bonum vero qđ vere bonum eſt:nec inuitus accipis:nec inuitus amittis.

¶ Augu. lib. xxij. de ciuitate dei.

Ibi quicqđ amabit̃ aderit:nec deſiderabit̃ qđ nō aderit Omne qđ ibi erit ⁊ qđ eſt:bonum erit.⁊ ſummus deus ſummū bonū erit:omnino beatiſſimus: Ita ſemꝑ fore certum erit: Ibi vacabimus ⁊ videbim⁹ Uidebimus:⁊ amabimus. Amabimus ⁊ laudabimus eſſe ꝙ erit in fine ſine fine. ¶ Ibidem.

Quod deus ꝑparauit diligentibus ſe:fide nō capit̃:ſpe nō attingit̃:charitate non apprehendit̃: Deſideria ⁊ vota tranſgredit̃:acquiri poteſt:eſtimari non poteſt.

¶ Augu. li. xxij. de ciuitate dei.

Verus honor:qui nulli negabit̃ digno:nulli defert̃ indigno:ſed nec ad eū ambiet nullus indign⁹. vbi nullus permittet̃ eſſe niſi dignus. Uera pax vbi nihil aduerſi:nec a ſeipſo:nec ab alio quiſꝙ patiet̃ premiū virtutis erit ipſe:ꝙ q virtutē dedit:eiꝙ ſeipſuꝫ:q̄ meli⁹ ⁊ maius nihil eē poſſit ꝓmiſit. Quid eſt.n.aliud ꝙ̄ qđ per ꝓphetā dixit. Ergo illoꝝ de⁹:⁊ ipſi erūt mihi plebs vbi ergo ero vñ ſacient̃:Ego ero vñcūꝙ ab hoib⁹ deſiderant̃ honeſte.⁊ vita:⁊ ſalus:⁊ vict⁹:⁊ copia.⁊ gloria:⁊ honor:⁊ pax:⁊ oia bona. Sic.n.⁊ illud recte intelligit̃:qđ ait apoſtolus:vt ſit de⁹ oia in oibus: Ipſe finis erit deſiderioꝝ noſtrorū:qui ſine fine videbit̃ ſine faſtidio amabit̃ ſine fatigatiōe laudabit̃: hic munus:hic affectus:hic actus ꝓculdubio erit oib⁹:ſicut vita cōmunis. ¶ Augu. de ſymbolo lib. iij.

Facilius poſſumus dicere in illa vita eterna qđ ibi ñ ſit ꝙ̄ qđ ibi ſit. Nō eſt ibi mors:nō eſt ibi luct⁹:nō ē ibi laſſitudo:nō eſt infirmitas:non eſt fames:nulla ſitis: null⁹ eſtus:nulla corruptio:nulla indigētia:nulla meſticia:nulla triſticia. ¶ Augu. ſuper iſto pſalmo.

Beati imaculati in via:tanꝙ̄ diceret:ſcio qđ velis:queris beatitudinem:ſi ergo vis eſſe beatus.eſto immaculatus. ¶ Augu. ſuper ꝑs. xlix.

Hereditas in quam chriſti cohe̜redes ſumus nō minuit̃ copia poſſeſſorū:nō ſit anguſtior numeroſitate coheredū ſed tanta eſt multis:quanta paucis:tanta ſingulis:quanta omnibus. ¶ Ibidem.

Tantū emit vidua duob⁹ minutis:quantū emit Petr⁹ relinquēs rhetia:quantū emit zacheus dādo mediū ꝑrimoniū. Regnū dei tm̄ valet:quātū habueris.

¶ Auguſtinus ſuper Joannē homelia. iij.

Talis erit illa delectatio pulchritudinis:vt ſꝑ tibi pñs ſit:⁊ nūꝙ̄ ſatieris:imo ſꝑ ſatieris ⁊ nūꝙ̄ ſatieris. Si n.dixero ꝙ ñ ſatiaberis:fames erit. Si dixero ꝙ ſatiaberis faſtidiū:tūc ibi nec faſtidiū erit:nec fames:qđ dicā neſcio ſꝫ de⁹ hꝫ qđ exhibeat. ¶ Augu. ſuꝑ Joā.

Non erit aliqua inuidia diſparis claritatis:quoniaꝫ regnabit in omnibus vnitas charitatis.

¶ Augu. ſuꝑ Joā. homelia Ego ſum paſtor bonus.

Ibi hymnidici angeloꝝ chori: Ibi ſocietas ciuiū ſupernorum: Ibi dulcis ſolēnitas a peregrinatione huius triſti labore redeuntiū: Ibi feſtiuitas ſine fine:eternitas ſine labe:ſerenitas ſine nube.

¶ Augu. ſuper illud Joānis: Hec eſt vita eterna:vt ⁊c̄.

Infelix qui omnia nouit.⁊ te neſcit:qui aūt te:⁊ illa nouit nō propter illa beatus:ſed propter te ſolum.

¶ Auguſtinus in epiſtola.

Diuitie ſi diligunt̃ ibi ſeruent̃:vbi perire nō pñt: Honor ſi diligit̃:illic hēatur:vbi nemo indign⁹ honoret̃. ſalus ſi diligitur.ibi adipiſcēda deſideret̃ vbi adepta nihil timet̃. Uita ſi diligit̃:ibi acquirat̃:vbi nulla morte finitur. ¶ Auguſtinus ad dioſcorum.

Tanto illud qđ valde magnū eſt: qđ nec ocul⁹ vidit:qꝛ nō eſt color:nec auris audiuit:qꝛ nō ē ſon⁹:nec in cor hominis aſcendit:qꝛ cor hominis non dꝫ illuc aſcendere:ſumemus capacius quanto illud: ⁊ fidelius credimus ⁊ ſperamus firmi⁹ ⁊ deſideramus ardentius.

¶ Augu. de ſpiritu ⁊ anima.

Ecce venale ē regnū dei. Eme ſi vis nec multū exiſtimes de re magna ꝑꝑ precij magnitudinē tantū valet quā tuꝫ hēs. Noli querere qđ habeas:ſed qualis ſis. res iſta tibi valet tantū quātū es: Tu te da:⁊ habebis illā:ſed malus ſum ingeos: ⁊ forte me nō accipit. dādo te illi bonus eris. ¶ Augu. de fide ⁊ operibus.

Regnū celoꝝ vim patitur. Ideo qꝛ reatus qđ lr̃a ſine ſpū iubendo faciebat:credendo ſoluitur: ⁊ violentia ſpūs ſancti impetratur. ¶ Augu. de ſpū ⁊ lr̃a.

Quid ħ bono melius qđ hac felicitate felicius viuere deo:viuere de deo. ¶ Aug. de ꝟbis dñi ſmōe. xxxij.

Pr̃ia nr̃a ſurſum ē ibi hoſpites nō erim⁹. Nā vnuſqſꝙ hic:⁊ in domo ſua hoſpes eſt. Alioqn ſi nō eēt hoſpes nō inde tranſiret. Si aūt tranſiturus eſt:velit nolit: hoſpes eſt. Si dimittit illā domū filijs hoſpes hoſpitibus dimittit. ¶ Augu. de ꝟbis dñi ſermone. xuj.

Diuitie corporales paupertate plene ſt̃:⁊ ſꝑ obnoxie caſibus. Quales.n.diuitie ſunt:ꝑꝑ qs latronē timēs: ꝑꝑ quas times ſeruū tuum:ne te occiſo auferat ⁊ fugiat. Si vere diuitie eſſent ſecuritatē tibi preſtarēt: Ille ergo vere diuitie ſunt quas quū hēmus perdere nō poſſumus. ¶ Augu. ſuꝑ ezechielē homelia. x.

Mentē quā ſpūs ſanctus replet in amaritudine tpaliū ⁊ eternoꝝ delectatōe cōmouet. Dulce etenim eſt eſſe in rebus humanis:ſed ei q adhuc de celeſtibus gaudijs nulla guſtauit: ⁊ quanto minus eterna intelligit tanto delectabilius in temporalibus requieſcit.

¶ Augu. vltimo de ciuitate dei.

Quanta erit felicitas:vbi nullum erit malum nullum deerit bonum. ¶ Ibidem.

Perfecte vacabimus:ꝑfecte videbim⁹: qꝛ ipſe eſt deus q eſt finis etatū ⁊ dierū:⁊ ipſe eſt finis oiuꝫ đſideriorum:q ſine fine videbit̃ ſine fatigatōe laudabitur.

¶ Hiero. ſuꝑ illud ꝑs. beatus vir q nō abijt. Hiero.

Beatus vir q nō cogitauit:nec fecit:nec docuit mala:ñ ſtetit:nō ꝑſeuerauit in delicto:ſed ꝑ pniaꝫ ad meliora cōuerſus eſt. ¶ Hiero. ſuꝑ ꝑs. lxviij.

Regnū celorū nō eſt dantis:ſed accipientis:nō eſt.n.perſonarū acceptio apud deū. ſed quicūꝙ ſe talem ꝑbuerit:vt regno celorum dignus fiat:hic accipiet: ꝙ non perſone:ſed vite parū eſt. ¶ Grego. li. iiij. mora. Grego.

Quoniam electus in hac vita eſt dilectio opeꝝ: in alia quoꝙ vita erit ꝓculdubio dignitatuꝫ diſcretio:vt q hic alius aliū ſuperat illic alius aliū retributiōe tranſcendat.⁊ quāuis illa retributōe dignitas eadē nō ſit: vna tamen omnibus vita beatitudinis erit.

¶ Gregorius lib. iiij. dialogorum.

In domo pr̃is mei māſiōes multe ſunt:ſi.n.diſpar retributio in illa latitudine eterna ñ eēt vna poti⁹ māſio ꝙ̄ multe eēnt. Multe ergo māſiōes ſunt in qbus ⁊ diſtincti bonoꝝ ordines:ꝑꝑ meritoꝝ ↄſortium:cōuer lentur:⁊ tm̄ vnū denariū oēs laborātes accipiūt:qui in multis manſionibus diſtinguunt̃:qꝛ ⁊ vna beatitudo:quā illic percipiunt:⁊ diſpar retributionis qualitas.quā per opera diuerſa ſequuntur.

¶ Grego. ſup ezechie. homelia. viii.

Quantalibet intētione ſe humana mens tetenderit: et ſi pbitaſis imaginū corporaliū a cogitatione opeſcat: ſi oēs circūſcriptos ſpūs ab oculis cordis amoveat: adhuc tñ in carne mortali poſita videre gl'iā dei non valet: ſic eis qgd de illa ē qd in mēte reſplēdet ſimi tudo r nō ipſa ē. ¶ Gre. in bo. r Aug. in enchiridiō.

Tpalis vita eterne vite pparata more ē dicēda potius q vita. Ipe.n. quottidianus defect' corruptiōis qd eſt aliud q qdā plixitas mortis. Que at lingua dice re vel qs intell'us cape ſufficit illa ſupne ciuitatis quā ta ſint gaudia angeloz choris intereſſe. Cū beatiſſi mis ſpiritib' glie cōditoris aſſiſtere. Pñte dei vultū cernere: incircūſcriptū lumē videre: nullo mortis af fici metu. Incorruptionis ppetue munere letari.

Joan. chryſo. ¶ Jo. chri. de reparatione lapſi.

Nulla erit in futuro diſcordia: ſz cūcta pſona cūcta cō uenientia. Omnium.n. ſcōz erit vna cōcordia: Nullus ibi diaboli met': nulle inſidie demonū. Terra gehēne p cul mors neqz corpis nec aie: ſz imortalitatis munere mer' vterqz reſolutus. ¶ Jo. chry. ibidem.

Intuere celū nō ſolū ex hoib': ſz ex angelis: atqz archā gelis: tronis: r dñationib': pncipib': ac ptātib' cōuo catū. De rege aūt eoz medio reſidet dicere vox nul la ſufficiet. Effugit oēm ſermonē: atqz oēm ſenſuz hu manē mētis excedit decus illud: illa pulchritudo: illa virtus: illa gloria: illa magnificentia.

¶ Jo. chryſoſtomus de reparatione lapſi.

Si quottidie oporteret nos tormēta pferre: Si ipſaz ge hēnā pno tpe tolerare pro eo vt Chriſtū videre poſſe mus in gloria venientē ſanctoz eiº munere ſociari nō erit dignū pari rōne oē quod triſte eſt modo: vt tanti boni tantiqz glorie participes haberemur.

Iſido. ¶ Iſidorus de ſummo bono li. i. cap. iiii.

Quibuſdā gradib' per creaturā pgredit hō ad intelli gēdū creatorē. i. ab inſenſibilibus ſurgens ad ſenſibi lia: a ſenſibilib' ſurgēs ad rōnabilia: a rōnabilib' ſur gens ad creatorē. ¶ Iſidorus li. ethymologiaz. xiiii.

Paradiſus vndiqz ſeptus ē rōphea flāma r muro igneo ita vt ei' cū celo pene iūgat incēdiū cherubin quoqz i. angeloz pſidiuz ipſum regit vt flamma homines angeli demones ſubmoueant. ¶ Caſſiodorus.

Caſſio. ſuper illud ps extēdens celum ſicut pellem.

Bñ dr dñm celū extēdere: vbi meretrices r publicanos eū pſtat admittere: nā quā ſint per iuſticias celi iuſto rum: facti ſunt r gratie largitate peccantium.

¶ Caſſiodorus epiſtolarum lib. ij.

In celeſti beatitudine veraciter ſine fine gaudiuz eſt ſine aliquo tedio mens ſemp eternitas: r inſpectio ſola diuinitatis efficit vt beatius nil eē poſſit. Hec vera citer penitus ratē pſtant: hec incōditatem accumulant.

Boeti' ¶ Boetius lib iij. de cōſola. proſa. ij.

Ois mortaliū cura: quā multiplicitū ſtudioz labor exer cet diuerſo qdē calle pcedit: ſed ad vnū tñ beatitudi nis finē nitit puenire. Id āt eſt bonū quo qs adepto nihil vlterius deſiderare queat: qd quidē ē omnium ſūmū bonoz: cūctaqz intra ſe continens bona. Cui ſi quid abforet ſūmū bonū eſſe nō poſſet: quia relinque retur extrinſecus: qd poſſet optari. Liquet igit eſſe beatitudinē ſtatū bonoz omniū cōgregatiōe pfectū. Hunc vti diximus diuerſo tramite mortales oēs co nantur adipiſci. Eſt enim mētibus hominū veri boni nāl' inſerta cupiditas: ſz ad falſa devi' error abducit.

¶ Boetius ibidem.

Ea vera r pfecta felicitas eſt: que ſufficientem: potentez: reuerendum celebrem: letumqz perficiat.

¶ Boetius lib. iii. proſa. x.

Nā quoniā beatitudinis adeptione fiūt homines beati: beatitudo vo eſt ip ſa diuinitas diuinitatis adeptiōe fieri beatos manifeſtū eſt: ſed vti iuſticie adeptiōe iu ſti ſapientie ſapientes fiunt. ita diuinitatem adeptos deos fieri ſimili rōne neceſſe eſt. omnis igitur beatus deus: Sed natura quidem vnus: participatione vero nihil prohibet eſſe q plurimos. ¶ Ibidem.

Omniū igit expetēdoz ſūma: atqz cā bonū ē. Quod.n. neqz re neqz ſimilitudine vllū i ſe retinet bonū: id ex peti nullo mō pt. Jcz et q nā bona nō ſūt ſi eē videā tur: qſi vo bōa ſint appetunt: Quo fit vt ſūma cardo atqz cā expetēdoz oium bonitas eſſe iure credatur.

¶ Boetius de conſolatione li. iij. metro. x.

Huc omnes pariter venite capti:
Quos fallax ligat improbis cathenis
Terrenas habitans libido mentes:
Hic erit vobis requies laborum:
Hic portus placida manens quiete.
Hoc patens vnum miſeris aſylum.

¶ Boetius de cōſolatione li. iij. metro. xij.

Felix qui potuit boni
Fontē viſere lucidū. ¶ Boe. de cōſo. li. iiij. pſa. ij.

Omnes igit hoīes boni pariter ac mali indiſcreta inte tiōe ad bonū puenire nitunt. ¶ Boetius ibidem.

Sed ſūmū bonū quidē eque malis boniſqz ppoſitū: bō quidē naturali officio virtutum petunt: mali vero va riam per cupiditatem: quod adipiſcendi boni natura le officium non eſt: idipſum conantur adipiſci.

¶ Boetius cōſolatione li. iiij. proſa. iij.

Quū ipm bonū beatitudo ſit bonos oēs eoipſo q boi ſūt fieri beatos liquet: Sz q beati ſūt deos eē cōuenit. Eſt igit pmiū bonoz qd null' deterat dies: null' minuat ptās: nulli' fuſcet iprobitas deos fieri. Que quū ita ſint de maloz quoqz inſepabili pena dubitar ſapiēs neqat. Nā quū bonū malūqz: itē pena atqz pmiū ad uerſa frōte diſſideāt: q in bonū pmio videm' accide re: ea'de neceſſe eſt eē in mali pena pria pte rńdeāt. Sic igit pbis pbitas ipſa fit pmiū: ita improbis neqtia ipſa ſupplicū eſt. ¶ Lactā. lib. iij. diui. inſtitu. Lactā.

Summo labore ſummum bonum aſſequi neceſſe eſt.

¶ Lactantius ibidem.

Magnū eē credis videre celū atqz ſolē cur nō ipſi' fruitē prodēti: diptate merita an cui' opa miraris. ¶ Ibidē.

Neceſſe eſt vt multo mirabilior ſit q mirabilia fec. Nā ſi te qſpiā vocaſſet ad cenā: in eaqz optie accept' eſſe num tāt' videre ſi pluris facere ipſam voluptatē q auctorem. Adeo ad corpus pbi referūt oia nihil prius ad mentem: nec vident amplius: q ſub oculos venit.

¶ Lactantius ibidem.

Sed nō ideo naſcimur: vt ea q facta ſunt videamus: ſed vt ipſum factorem rerum omnium contemplemur.

¶ Idem li. vij. diuinarum inſtitutionum.

At vo morte ſuſcepta quod vlterius: bonū ſpectari pōt: niſi eternitas: ſupereſt citare teſtes quorū auctoritat te argumēta firmētur r omiſſio teſtimonio pphetā rum Hermes naturā hominis deſcribēs: vt doceret quēadmodū eſſet a deo factus hec intulit. Et idez ex vtriſqz naturis immortali ac mortali vnaz faciebat naturā hominis: Eundez in aliquo quidē immortalē in aliquo aūt mortalē faciens. r illum ferens in me dio diuine immortalitatiſqz nature r mortalis ac mu tabilis pſtituit: vt vniuerſa cernens vniuerſa miref.

¶ Lactantius ibidem.

Profectū vlterius non reqritur qui ad ſuperna peruenit.

¶ Ricardus de trinitate li. i. cap. xiij. Ricar.

Quotiens per viſibiliū ſpeculationē ad inuiſibiliū con templationē aſſurgimus: qd aliud q quādā ſcalā eri gim': per quā ad ea que ſupra nos ſunt mente aſcen dimus. ¶ Rabanus ſuper illud Matt. xx. mul Raba.
ti ſunt vocati: pauci vero electi.

Ad fidē plures veniunt: r ad celeſte regnū pauci perdu

cunturiomnes enim canonici vocantur ad electionem: ſed vnus eligitur.

¶ Seneca ad Lucillium epiſtola.lxxxviij.

Summum illud bonum ſuam habet ſedem: Non naſcit vbi ebur:nec vbi ferrũ. ¶ Seneca epl'a.ciiij.

Imaginare tecum quantus ille ſit fulgor tot ſideribꝰ inter ſe lumen immiſcentibus:nulla ſerenũ vmbra turbabit. Equaliter ſplendebit omne cęli latus.

¶ Seneca ibidem.

Dies ⁊ nox aeris infirmi vices ſunt. tunc in tenebris vixiſſe te dices quũ totã lucẽ totus inſpexeris: quam nũc per anguſtiſſimas oculoꝝ vias obſcure intueris: ⁊ tñ illã ꝓcul admiraris: ¶ Seneca ibidem.

Quid tibi videbit diuina lux quũ illã ſuo loco videris.

¶ Seneca ibidem.

℄ Auguſtinus ⁊ habetur. xxiiij. q. iij. Adeo.

Adeo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hereticos eſſe permittit: vt quū interrogant nos ea que neſcimus ſic diſcutiamus pigriciam: ⁊ diuinas ſcripturas capiamus: propterea apoſtolus ait: vt pbati manifeſti fiant. Hij aūt a deo probati ſunt: qui bene poſſunt docere.

℄ Aug. ⁊ habetur. xxiiij. q. iij. Dixit.

Dixit apoſtolus hereticū hominē poſt primā ⁊ ſecūdam correctionē deuita. Qꝛ ſubuerſus ē huiuſmodi: ⁊ peccat in ſemetipſo dānatus. Sꝫ qui ſentētiā ſuā, q̄uis falſam: atq puerſam nulla ptinaci animoſitate defendunt: pſertim: quā non audacia ſue pſumptionis pepererint. Sꝫ a ſeductis atq in errorē lapſis parētib⁹ acceperūt: Querūt aūt cauta ſollicitudine veritatē corrigi parati quū inuenerint. Nequaq ſūt inter hereticos deputādi. ℄ Aug. cōtra Manicheos ⁊ habet xxiiij. q. iij. Qui in eccleſia.

Qui in eccleſia Chriſti morbidū aliquid prauūq qđ ſapiūt ſi correcti ⁊ ſanū rectūq ſapiāt reſiſtūt cōtumaciter ſuaq peſtifera ⁊ mortifera dogmata emendare nolunt ſed defenſare perſiſtunt heretici ſunt.

℄ Aug. lib. ij. contra Manicheos.

Ille gladium accipit qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate vel iubente vel concedente in ſanguinem alicuius armatur. Porro illud Hyeronymi quo eccleſia negatur aliquem perſequi non ita intelligendum eſt vt generaliter eccleſia nullū perſequatur: ſed q nullū iniuſte perſequat. Non enim omnis perſecutio culpabilis eſt ſed rationabiliter hereticos perſequimur ſicut ⁊ Chriſtus perſecut⁹ eſt eos quos de templo expulit.

℄ Hier. in epi. ad Galathas: ⁊ hr̄. 24. q. iij. Hereſis. Hiero.

Hereſis grece ab electiōe dr̄ q. ſ. eā ſibi vnuſqſq eligat diſciplinā quā putat eē meliorē. Quicūq igit aliter ſcripturā intelligit: quā ſenſus ſpūs ſancti flagitat: a quo ſcripta licet ab eccleſia nō receſſerit. Tamē hereticus appellari pōt. Et de carnis operibus eſt eligēs que peiora ſunt. ℄ Hieronymus in Eſaiā: ⁊ habetur de peni. di. i. Omnis iniquitas.

Omnis iniqtas: ⁊ oppreſſio: ⁊ iniuſticia iudiciū ſāguinis ē. Et lꝫ gladio nō occidas: voluntate tū intericis.

℄ Hieronymus ⁊ hr̄ xxiiij. q. iij. Reſecande.

Reſecande ſunt putride carnes: ⁊ ſcabioſa ouis a caulis repellenda: ne tota domus maſſa: corpus ⁊ pecora ardeant: corrūpant: putreſcāt: intereāt. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed quoniā ſtatim oppreſſus nō eſt per totū orbē eius flamma populata eſt.

℄ Joannes Chryſ. ſuper Mattheum. Joānes chryſ.

Sicut cauēdi ſūt: qui hn̄t ſpeciē bone vite: pp dogma nequitie. Sic ⁊ hij qui itegre fidei: ⁊ doctrine ſūt: ⁊ turpiter viuūt. ℄ Bernardus ſuper cantica. Ber.

Plus longe nocet falſis catholicus: q ſi veri⁹ appareat: heretic⁹. ℄ Leo pp. ⁊ hr̄. xxiiij. q. iij. Quid autē. Leo pp

Quid aūt iniquius ē: q ipſa ſapere ſapientioribus doctoribuſq nō credere. Sꝫ in hanc inſipiētiā cadunt quicūq ad cognoſcendā veritatē aliquo impediunt obſcuro nō ad pphetcias voces apoſtolicas lr̄as euangelicas autoritates: ſed ad ſemet ipſos recurrunt. Et iō magri erroris extitūt: qꝛ veritatis diſcipuli nō fuerūt. Inno.

℄ Innocētius pp ⁊ hr̄. xxiiij. q. i. Heretici.

Heretici: quū a fide catholica deſtiterint perfectionem ſpiritus quam acceperant amiſerunt.

℄ Hylarius lib. ij. de trinitate. Hyla.

De intelligentia hereſis nō de ſcriptura eſt: ſenſus ⁊ nō ſermo fit crimen. ℄ Ouid. Metamor. li. primo. Ouidi⁹

Sed immedicabile vulnus
Enſe recidendū ē: ne pars ſyncera trahat. ℄ Iuue. Iuue.
Sicut grex totus in aruis
Unius ſcabie cadit ⁊ prurigine porci.
Uuaq contacta liuorem ducit ab vua.
℄ Dantes inferni. cap. viiij. Dātes.
Maeſtro quali ſono quelle genti
Che ſepeliti dentro da queſte arche
Si fan ſentire cum ſuſpir dolenti?
Et elli a quei ſon lhereſiarche:
Collor ſequaci dogne ſecta: ⁊ multo
Piu che non credi ſon le tombe charche.

HEbdomada greca dictio eſt ἑβδομας.αδος.η. Et eſt ſpacium ſeptem dierum. Nam ⁊ ἑβδομαιος.ου.ο. ſeptimus dicitur.

HEbetudo venit ab hebeo quod grece αμβλυνομαι. ⁊ αμβλυς.εος.ο. habes ⁊ obtuſus dicitur.

Hebetudo ſenſus opponitur acuitati ei⁹. Et ē debilitas mētis in ꝯſideratione ſpūaliū. Et ē pctm̄ inqꝫ iū ē voluntaria ſꝫ. b. Tho. ſa ſe. q. viij. ar. vi. Dicit aūt hebetudo ab hebeo habeo: hebeo vero dr̄ ab hebes nomine: qđ proprie ſignificat obtuſum: ⁊ carentē acumine. Cicero. alias hebetiora: alias acutiora videantur corpora: vnde per methaphorā hebes ingeniū dicim⁹: ſicuti etiā obtuſum. Ab hebeo, fit hebeſco: hoc ē hebetior fio: ſicut hebeo ſignificat habeo ſum: ⁊ hebeto obtūdo: a quo fit hebeteſco: qđ pprie de viſu ⁊ oculis dr̄: quū oculorum acies minuitur: tolliturq: ⁊ hebetudo ipſa obtuſitas mentis: ingenij: viſus: ⁊ huiuſmodi.

HErmaphroditus is dicitur qui habet vtrunq ſexū. Maſculinū ſcilicet ⁊ femininū: dicit q ab ἑρμῆς ου.ο. qđ eſt Mercurius ⁊ αφρος.ου.ο. ſpuma .i. Uen⁹ que ex marina ſpuma nata dicitur: de hoc. Ouidius li. iiij. metamorphoſeos.

Mercurio puerum ⁊ diua Cithereide natum

Naiades Idcirco enutriuere ſub antris:
Cuius erat facies in qua materque paterque
Cognoſci poſſent. Nomen quoque traxit ab illis.

Hierarchia dictio greca eſt ἱεραρχία ... Et ē ſacer principatꝰ ſꝫ b. Dioni. c. vi. celeſtis hierarchie.

Hilaritas grece ἱλαρότης ... Et ē gaudij vel exultationis in facie declaratio ſꝫ b. Tho. iij. ſen. di. xxvi. q. i. arti. iij.

Hyperdulia eſt potiſſima ſpēs dulie ex vnde ad deū ſm b. Tho. ſecūda ſcdē. q. ciij. ar. iiij.

Hyperdulia ē adoratio minor latria: ꝛ maior dulia q̄ mater xp̄i adorari dēt: vt mr̄ xp̄i dicta ab ὑπέρ qđ ē ſuper ꝛ dulia. Quid aūt ſit dulia: ꝛ vnde dicat. Uide ſupra in dulia. Quid latria: vide infra in latria.

HYPOCRISIS greca dictio ē ὑπόκρισις ... ꝛ ὑποκρίνω ſimulo dicitur. Et eſt ſimulatio aliene perſone. Ideo ſemper eſt peccatū: ꝛ eſt vitium iactantie ſm b. Tho. ſecunda ſecunde. q. iij. ar. ij.

Hypochriſis poteſt a nobis dici diſſimulatio: nam componitur ab ὑπό quod eſt ſub: ꝛ κρίσις iudicium: quaſi ſit iudicij ſubiectio: nā aliud in re: aliud in iudicio hominum ſe oſtendit: qui hypocreſeos crimine laborat.

Hypochrita ὑποκριτής ... Et dici pōt ſimulator vł diſſimulator ſꝫ Iſidoꝝ li. Ethymologiaꝝ.

¶ Iob. cap. xiij.

Nō veniet in cōſpectu dei ois hypocrita. ¶ Iob. c. xv.

Cōgregatio hypocrite ſterilis: ꝛ ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiant: concepit dolorem ꝛ peperit iniquitatem: ꝛ vterus eius pparat

Iob. dolos. ¶ Iob. cap. xxvij.

Que ē. n. ſpes hypocrite ſi auare rapiat: ꝛ ñ liberet deꝰ aiaꝫ eiꝰ? Nunqd deus audiet clamorē eius: quū venerit ſup eū anguſtia? aut poterit in oīpotente declarari ꝛ inuocare deū oī tpe. ¶ Eccleſiaſtes. c. viij

Eccleſiaſtes Vidi impios ſepultos: qui etiā quū adhuc viuerēt in loco ſcto erāt ꝛ laudabant in ciuitate: quaſi iſtorū operum. Sꝫ ꝛ hoc vanitas eſt. ¶ Iſaias. cap. ix.

Iſaias Eccl'iaſtici. Ois hypocrita eſt ꝛ nequā. ¶ Eccleſiaſtici. cap. i.

Ne fueris hypocrita in cōſpectu hominū: ꝛ nō ſcādaliꝫeris in labijs tuis. ¶ Eccleſiaſtici. cap. xix.

Hiere. Eſt qui nequiter humiliat ſe: ꝛ interiora eius plena ſunt dolo. ¶ Hieremias. c. viiij.

In ore ſuo pacē cū amico loquitur: ꝛ occulte ponit ei inſidias. Nunqd ſup his nō viſitabo? dicit dñs aut in gēte huiuſcemodi nō vleiſcetur anima mea.

¶ Mathheus cap. vi.

Mat. Quū ergo facis elemoſynā noli tuba caner ante te: ſicut hypocrite: faciūt in ſynagogis: ꝛ in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuā. ¶ Mattheus ibidem.

Quū aūt oratis nō eritis ſicut hypocrite: qui amant in ſynagogis: ꝛ in angulis platearū ſtantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. ¶ Mattheī cap. vij.

Attendite a falſis prophetis: qui veniūt ad vos in veſtimētis ouiuꝫ intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoſcetis eos. ¶ Marcus. c. xij.

Mar. Cauete a ſcribis qui volūt in ſtolis ambulare: ꝛ ſalutari in foro: ꝛ in primis cathedris ſedere in ſynagogis: ꝛ primos diſcubitus in cenis: qui deuorāt domos viduarū ſub obtentu prolixe orationis: hij accipient plixius iudicium. ¶ Lucas cap. vi.

Lucas Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: ꝛ nūc pſpicies: vt educas feſtucā de oculo fratris tui. ¶ Aug. de cōi vita clericorū: ꝛ habetur. xij. q. i. Nolo vt aliquis.

Qui enim hypocrita eſt mortuus eſt.

Aug. ¶ Aug. in ſermone: ꝛ hr̄. xij. q. i. Certe ego.

Nolo hr̄e hypocritas. Malū. n. eē quis neſciat? Malū eſt cadere a pposito: ſed peius eſt ſimulare ppoſitus. ¶ Aug. in ſermone domini in monte.

Quiſqs appetit videri qđ ñ ē hypocrita ē. Simulat. n. ſe iuſtū: nec exhibz: qz totū fructū i laude hoīuꝫ pōit. ¶ Aug. ſup illud Iob. xvij. Que ē ſpēs hypocrite.

Hypocrita qui latine dī ſimulator: auarus eſt. Qui duꝫ iniqs agens deſiderat de ſanctitate venerari: laudē vite rapit aliene. ¶ Aug. ſuper pſal. lxiij.

Simulata eqtas nō ē equitas: ſed iniqtas duplex: qz iniquitas eſt ꝛ ſimulatio. ¶ Aug. ſup illud Mattheī vij. Qui veniūt ad nos in veſtimentis ouium.

Quū ceperint aliquibus tentationibus ea ipſa vel ſubtrahi vel negari: q̄ iſto velamine conſecuti ſunt vel cōſequi cupierunt. Tūc neceſſe eſt vt appareat vtrū ſit lupus in pelle ouina: an ouis in ſua.

¶ Hieronymus in epiſtola ad filiam Mauricij.

Sancta magis eſſe: q̄ videri ſtude.

¶ Hieronymus ſup illud Mattheī. vj. Populus hic labijs me honorat. Hiero.

Qz ſtrepitu labiorū bñdicūt dñm: ꝛ immundi mēte veritati interius cōtradicūt. ¶ Idē ſup Iſaiā. li. vi.

Si caſtū me ſimulo ꝛ aliud eſt in cōſcientia: habeo gloriam mercenariā: ſed ſupplicia peccatoris: ꝛ in cōparatione duorū malorū leuius eſt in aliū apte peccare: q̄ ſimulare ꝛ fingere ſanctitatem.

¶ Ambro. li. de officijs: ꝛ hr̄. xi. q. iij. Si quis vero. Ambr.

Veritas ea regula ē: vt nihil facias cōmendandi tui cā quo minor alius fiat. Neqs ſi qd boni opis habeas id ad deformationē alterius: ꝛ vituparationem exerceas.

Nō defendas improbū: ꝛ ſancta indigno cōmittēda: non arbitreris: neqs iterū arguas: ꝛ impugnes: cuiꝰ crimē nō dephenderis. ¶ Ambroſiꝰ lib. ij. de officijs.

Quales haberi volumꝰ: ꝛ tales ſimꝰ. ¶ Amb. in ſmone habito de Dominico Abraam ꝛ hr̄. xxii. q. v. Cauete.

Cauete fres mēdaciū. Qz oēs qui amāt mendaciū filij ſunt diaboli: nō ſolū in falſis vbis: ſed etiā in ſimulatis opibus mendaciū eſt. Mendaciū nāqs eſt ſe xp̄ianū dicere ꝛ opa Chriſti nō facere. Mendaciū eſt epiſcopū: ſacerdotem: vel clericū ſe profiteri: ꝛ contraria huic ordini operari. ¶ Ambro. in ſermone.

Latet plerūqs ſub triſti amictu laſciuia: ꝛ de formis horreor vili veſte obtegit: vt ſecreta petulantiuꝫ tegant animorum. ¶ Grego. lib. i. moralium. Grego.

Vbi peccatori terrā ingredienti duabus vijs. Duabꝰ quippe vijs terram peccator ingreditur: quādo: ꝛ dei ēiqđ ope exhibet: ꝛ mūdūqđ per cogitationem querit.

¶ Gregorius lib. iiij. moralium.

Omnis hypocrita corpus per abſtinentiam afficit: Sed tamen per amorem glorie mundo viuit.

¶ Idem lib. viij. Moralium.

Hypocrita paratior eſt mori q̄ corripi. Redargutiōe deterior redditur: ꝛ quaſi dire percuſſionis eſtimat iaculū puritatis verba. ¶ Gregorius ibidem.

Simon crucē portans nequaqs morit. Quia ois hypocrita corpus quidē per abſtinentiaꝫ afficit: ſed tñ per amorem glorie mundo viuit. ¶ Ibidem.

Non indues veſtē ex lana linoqs cōtextā. Per lanaꝫ ſimplicitas: p linū ſubtilitas dēſignat. Et nimirū veſtis q̄ ex lana linoqs contexit linū interius celat: lanāqs exterius demōſtrat. Ueſtē ergo ex lino lanaqs cōtextam induit: qui in locutione: vel actione: qua vtit intꝰ ſubtilitatē malicie cooperit: ꝛ ſimplicitatē foris innocentie oſtendit. ¶ Gregorius lib. viij. moraliū.

Quid i actis ſuis opibꝰ hypocrita ſperat: niſi reuerētiā honoris: gl'iā laudis: a melioribꝰ metui ſāctꝰ ab oībꝰ vocari. Ecce quō adulterat liqr balſāi. ¶ Gr. li. xi. mor.

Hypocrite q̄ exteriꝰ hoībꝰ placēt: eo ſe interiꝰ aſpicere negligūt: totoſqs ſe vbiqs primoꝝ fūdūt. Et ſāctos ſe eē exiſtimāt qz ſic ſe hēri ab hoībꝰ pēſant. ¶ Greg. li. xv. mor.

Vult hypocrita ſcire diuina eloquia:nec tamen facere:
vult docte loq;nec tñ viuere. ¶ Grego.li.xvi.mora.
Hypocrite añ diſtrictū iudicē excuſationē de ignorātia
habere nō poſſūt. Quia dū ante oculos hoīuʒ oēm mo
dū ſanctitatis oſtēdūt:ipſi ſibi ſunt teſtimoniū:qz bñ
viuere non ignorant. ¶ Grego.li.xvi.moraliū.
Hypocrite per cās dei intentioni deſeruiūt ſeculi: qz p
ipſa quoqz q̄ ſe agere ſancta oſtendunt: non cōuerſa
tionē q̄rūt hoīuʒ:ſed auras fauorū. ¶ Idē li.xx.mo.
Hypocrita vt ſine fine cruciet̄:viuere ſine fine cōpellit̄:
vt cui⁹ vita hic mortua fuit in culpa:illic ei⁹ mors vi
uat in pena. Dicat ergo. Luet q̄ facta omnia: nec tñ
conſumetur:qz cruciatur ⁊ non extinguitur:moritur
⁊ viuit:deficit ⁊ ſubſiſtit:finitur ſemp ⁊ ſine fine eſt.
¶ Grego.mora.xxiij. ⁊ habet̄ di.xli.ſepe ſe.
Sepe ſe vita ingerūt: ⁊ ſe eſſe virtutes mētiunt̄. vt tena
citas parſimonia:effuſio largitas:crudelitas zel⁹ iu
ſticie:remiſſio pietas velit videri. ¶ Greg.mo.li.32.
Vitia ſe ſimulāt ſepe virtutes. Nā diſſoluta remiſſio q̄
ſi māſuetudo: ⁊ pietas hētur:effuſio miſericordia cre
dit̄. Malorū pertinacia conſtantia dr̄:timor incom
petens humilitas putatur:vocis ſuperbia vera liber
tas eſtimatur: ⁊ pigricia q̄nqz quaſi quietis cōtinen
tia attendit̄: ⁊ inquietudo vigilantia nominatur.
¶ Gregorius in regiſtro.
Hypocrite veſte deſpecti ſunt: ⁊ corde tumēt: ⁊ quaſi in
hoc mundo cuncta deſpiciunt. Et tamen ea q̄ mundi
ſunt cuncta ſimul adipiſci q̄runt.
¶ Jo.Chryſo.ſuper Mattheum.
Joan. Chryſo. Herodes deuotionē p̄mittit:ſed gladiū acuit: ⁊ maliciā
cordis depingit colore humilitatis. Huius pſonā re
preſentant hypocrite:qui dū ficte deū q̄runt:illū nū
q̄ merētur inuenire. ¶ Jo.Chryſo.ſup Matt.
iij. Niſi abundauerit iuſticia.
Phariſeorū iuſticia erat in oſtentatione opis: ⁊ nō in re
ctitudine intentionis:in locutione:nō in opere:in cor
poris afflictione:non in mandatorū obſeruatione in
minoribus obſeruantiis:relictis grauioribus legis.
¶ Jo.Chryſoſto.ſuper Mattheū.vij.
Nulla res ſic exterminat bonū:ſicut ſimulatio. Nā ma
lū ſub ſpecie boni celatū.dū nō cognoſcit̄ nō cauetur.
¶ Jo.Chryſoſto.ſuper Mattheū.vij.
Lupus tectus pelle ouina p vocē cognoſcit̄: ⁊ per actū
ouis:ballat inclinata deorſum:lupus vlulat ꝯ celuʒ.
Hoc ſupbie:illud humilitatis ſignū:ouis herbā man
Iſido. ducat:lupus carnē. ¶ Iſido.li.x.ethymologiarum.
Hypocrita greco ſermone in latino ſimulator interpre
tat̄. Qui dū vitiis malus ſit bonū ſe eſſe palā oſtēdi
tur. Hypocrita enim falſum criminū iudiciū inter
terpretatur. ¶ Iſidorus de ſummo bono li.iij.
Non ſemper latent hypocrite. Nāmetſi in principio ſui
q̄dem nō pateant:prius tamē q̄ vita eorū puniatur:
q̄ ſimulate vixerint deteget̄. Omne ſyncerū p̄manet
q̄ aūt ſimulata ſunt:diu eſſe nō poſſunt.
¶ Iſidorus de ſummo bono lib.iij.
Omnia vitia poſſunt a ſimplicibus perpetrari. Simu
latio vero ⁊ hypocriſis non cōmittuntur:niſi a male
aſtutis per calliditatem valentibus vitia ſub ſpecie
virtutis celare:modo veram ſanctitatem abijcere.
Ber. ¶ Bernardus ſuper cant.ſermone.lxvij.
Hypocrite veniunt in veſtimentis ouiuʒ ad demendas
oues ⁊ ſpoliādos arietes. Hii oues ſunt habitu:aſtu
cia vulpes. Actu crudelitatē lupi habēt:neqz ē apud
eos virtutes colere:ſed iniqua tolerare quaſi quodā
Seneca virtutis intuitu. ¶ Seneca ad Luciliū epl.xiij.
Illud te ammoneo ne eorū more q non proficere:ſed con
ſpici cupiunt facias aliq̄ q̄ in habitu tuo aut genere
vite notabilia ſint. Aſperū cultū ⁊ vitioſum caput: ⁊
negligentiorē barbā: ⁊ indictū argēto odiū: ⁊ cubile
humi poſitū: ⁊ quicquid ad laudē peruerſa via ſequi
tur.euita. ¶ Seneca epiſtola.xiij.
Nempe propoſitū eſt ſecūdū naturā viuere. Hoc autē
contra naturā eſt torquere corpus ſuū ⁊ faciles odiſ
ſe mundicias: ⁊ ſqualorē appetere: ⁊ cibis non tantū
vilibus vti:ſed horridis. ¶ Seneca epiſtola.xiij.
Multorū q̄ imbecillia ſunt latent vitia. Inſtrumenta il
lis explicande nequitie deſunt:ſic tuto ſerpens peſti
fera tractat̄:dū riget frigore:nō deſunt tñ illi vene
na:ſed torpent. Multorū crudelitas:luxuria: ⁊ ambi
tio vt patria peſſimis audeat fauor fortune defuit.
¶ Seneca ad Lucillium epi.lxxx.
Virtutē bonā ſequit̄ fide:q ſe non exornat ⁊ pingit:ſed
idē ſine denunciato videat̄ ſine imperatus:at ſubito
nihil ſimulatio p̄ficit. veritas in oēm partē eadē eſt.
¶ Seneca ad Lucilliū epiſtola.lxxx.
Vis videri ab hoībus an non? Nunq̄ bone honeſtatis
eſt longa ſimulatio. Quid de alienis moribus: ⁊ iuis
iudices:multi ſunt obligandi:pauci ſunt offerendi.
¶ Seneca ad Lucillium epiſtola.lxxxvij.
Multo magis ad rē pertinet qualis tibi q̄ qualis aliis
videaris. ¶ Seneca ad Lucil.epiſtola.lxxxvij.
Nunq̄ bona fide vitia māſueſcunt. Tigres ⁊ leones nū
q̄ feritatē exuunt:aliquādo ſubmittunt. Et quū mi
nime expectaueris exaſperatur toruitas mitigata.
¶ Seneca in prouerbiis.
Malus vbi ſe bonum ſimulat:tunc eſt peſſimus.
¶ Ariſtoteles lib.viij.ethicorum. Ariſto.
Qui fingit ſe amicū: ⁊ nō eſt:peior eſt eo q facit falſam
monetam. ¶ Cicero lib.i.officiorum. Cicero
Compendiaria eſt via ad gloriā:vt qualis quiſqz hēri
vult:talis ſit. ¶ Cicero lib.de amicitia.
Aperte enim odiſſe vel amare:eſt magis ingenui:q̄ frō
te occultare ſententiā. ¶ Cicero li.de amicitia.
Simulatio in omni re eſt vitioſa. Tollit enim Iudiciuʒ
veri:idqz adulterat:tum amicitie repugnat.
¶ Vale.maxi.li.vij.titulo. Sapiēter dicta aut facta. Vale. Maxi.
Socrates expedita ⁊ cōpendiaria via eos ad gloriā pue
nire dicebat:q id agerēt:vt q̄les videri vellēt:tales
ēt eēnt. Qua quidē p̄dicatiōe aperte monebat:vt ho
mines ipſaʒ potius virtutē haurirent:q̄ vmbraʒ ei⁹
ꝯſectarent̄. ¶ Laer.Dio.de vita ⁊ morib⁹ philoſo. L.dio.
Nulle ſunt occultiores inſidie:q̄ hee q̄ latent in ſimula
tiōe officij:aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nā
eū qui palā eſt aduerſarius:facile cauēdo vitare po
tes: ⁊ troianus equ⁹ iccirco fefellit:qz formā miner
ue mētitus eſt. Dicebat Diogenes phūs. ¶ Ibidē.
Inimici peſſimi ſunt:fronte hylaris:corde vero triſti.
¶ Ex primo Epigrammaton. Ex.i. Epi.
μισω τον αγδεα τον διπλον πεφυκοτα
χελεσιν λοϛδιει. πολεμιον δ' ε τοιϛ τροποιϛ. L.
Odi virum duplicem natum
Bonum ſermonibus:inimicum autem moribus.
¶ Juuenalis ſatyra.ij. Iuue.
Frontis nulla fides. Quis enim non vicus abundat.
Triſtibus obſcenis? Caſtigas turpia:quum ſis.
Inter Socraticos notiſſima foſſa cynedos.
¶ Juuenalis ibidem.
Hunc ego fatis
Imputo:qui morbum vultu inceſſuqz fatetur.
Horum ſimplicitas miſerabilis:his furor ipſe
Dat veniam. Sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt: ⁊ de virtute locuti
Clunem agitant.

Hiſtoria dictio greca ē. ἱστορέω.ας.ι. τι ἱστορεω hiſto
riarū narro dicit̄. Eſt aūt hiſtoria rex geſtaʒ expo
ſitio. Differtqz ab annalibus: qḋ hiſtoria eſt gen⁹ an
nales vo ſpecies. ſunt.n. annales rerū geſtarū narra
tiōes: ⁊ pluriū ānorū obſeruato cuiuſcūqz ordine an

al. Sicuti diarium eſt hiſtoria: q̄ p ſingulos dies ſcri bit: z a grecis ἐφημερίς.ίδος.ἡ. Iuuenalis. In cu⁹ manibus ſeu pinguia ſuccina triſtes cernis ephemeridas. Hiſtoria do vtrunq̄ cōprehendit ex Aulo gellio.noc.at.lib.v.c.xviij. Seruius tñ ſup p̄mo Aeneidos al'r ſenſit: z male vt reor. Preterea ānales maximi dicebanť a pontificib⁹ maximus facti: qbus dată ptās erat memoriā rex geſtarū in tabulas referēdi.

b H OMO grece ἄνθρωπος.ου.ὁ.ἡ.dr̄. Eſt aūt homo aial rōnale: z mortale. Dicitur q̄ nō ab humo: vt Uarro ingt: qm̄ id eſt cōe oib⁹ animalib⁹: ſed a ↄcordia: nā ὁμόνοια.ας.ἡ. cōcordia eſt. z cōſenſus: z .ὁμονοέω qđ eſt cōcordo conſentio. Eſt .n. homo omniū animaliū maxime ſociabilis. Quare a cōſortio: z cōcordia hoiem dictū exiſtimamus. Nā z ὅμοιος.ου.ὁ. ſimilis: z. ὁμοιότης.ητος.ἡ. ſimilitudo dicit. vnde homographia ſimilis ſcriptura: ſiue pictura. Homonymus eiuſdem nominis. Homoptopon ſimiliter cadens. Uirg. Sz neq̄ currentē: nec ſe cognouit euntē. Tollētem q̄ manu ſaxūq̄ immane mouentē. Homotoleuton ſimiliter deſinens: quū plures dictiones in eandez vocem terminantur. Ab homo veniunt ei⁹ diminutiua. Homuncio: Homūcul⁹: z humuntul⁹: q grece ἀνθρωπάριον dicit: z Homicida: homicidiū: humanuſ z humanitas: de quibus infra. ℂ Geneſis.c.i. dixit deuſ.

Gene. Faciamus hominē ad imaginē: z ſimilitudinē noſtraz. ℂ Geneſis cap.ix.

Ad imaginē dei q̄ppe factus eſt homo. ℂ Job.c.viij.

Sicut vmbra ſunt dies nr̄i ſuper terrā. ℂ Job.c.xiij.

Job. Quaſi putredo cōſumendus ſum: z quaſi veſtimentū quod comeditur a tinea. ℂ Job.c.xiiij.

Homo natus de muliere: breui viuēs tpe: replet multis miſerijs. Qui q̄ſi flos egredit: z cōteritur: z fugit velut vmbra: z nūq̄ in eodē ſtatu p̄manet. ℂ Job.c.16.

Ecce enim breues anni tranſeunt: z ſemitā p quam nō reuertar ambulo. ℂ Job.c.xxv.

Homo putredo: z fili⁹ hoīs vermis. ℂ Job.c.xxxiiij.

Dauid Deficiet ois caro ſimul: z homo in cinerem reuertetur. ℂ Dauid ps.viij.

Quid ē hō: q̄ memor es ei⁹: aut fili⁹ hoīs qm̄ viſitas eū minuiſti eū paulominu⁹ ab angelis: glīa z honore coronaſti eū: z ↄſtituiſti eū ſup op̄a manuū tuaȝ. ℂ Ibi.

Omnia ſubieciſti ſub pedib⁹ eius. oues z boueſ vniuerſas inſuper z pecora campi. Uolucres celi z piſces maris: qui perambulāt ſemitas maris. ps.xxxviij.

Vniuerſa vanitas ois hō viuēs: verūtñ in imagine p̄tranſit hō. Sed z fruſtra cōturbatur. Theſaurizat: z ignorat cui cōgregauit ea. ℂ Pſalmus.lxxxix.

Anni nr̄i ſicut aranea meditabunť: dies annoȝ nr̄oȝ in ipſis ſeptuaginta anni. Si autez in potentatibus octoginta ānt: z ampli⁹ eoȝ labor z dolor. ps.cxliij.

Prouer. Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies ei⁹ ſicut vmbra p̄tereunt. ℂ Prouerbiorū.c.xxvij.

Ne glorieris in craſtinū cōmorans: quid ſuperuentura pariat dies. ℂ Prouerbiorū.c.xxxi.

Fallax gratia: z vana ē pulchritudo. ℂ Eccl'iaſtes.c.i.

Vanitas. vanitatū: z oīa vanitas. Quid hȝ ampli⁹ hō d vniuerſo labore ſuo q̄s laborat ſub ſole? ℂ Ibidē.

Vide q̄ fiunt cuncta ſub ſole: z ecce vniuerſa vanitas: z afflictio ſpiritus. ℂ Eccleſiaſtes.c.v.

Eccl'ia. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſue ſic reuertet: z nihil auferet ſecū de labore ſuo. Miſerabilis prſus infirmitas. Quō venit: ſic reuerteť. Quid ergo prodeſt ei qđ laborauerit in ventū? Cūctis diebus vite ſue cōedit in tenebris: z in curis multis z in erūna: z triſticia. ℂ Eccleſiaſtes.c.vi.

Nōne ad vnū locū p̄perāt oia? Ois labor hōis in ore ei⁹: ſed aīa eius nō implebitur bonis. ℂ Idem cap.viij.

Nemo ē q ſp viuat: z q hui⁹ rei hēat fiduciā. ℂ Ibidē.

Neſcit hō finē ſuū: ſed ſic piſces capiunť hamo: z aues laq̄o cōprehēdunť: ſic capiunť hoieſ i tpe malo: quū eis ex tēplo tēpus ſuperuenerit. ℂ Eccleſiaſtes.c.x.

Ignorat hō quid ante ſe fuerit: z quod poſt ſe futurū eſt quis ei poterit indicare? ℂ Eccleſiaſtici.cap.viij.

Memēto: qm̄ oēs i corruptiōe ſum⁹. ℂ Eccl'iaſtici.c.x.

Quum enim morietur hō: hereditabit ſerpentes: z beſtias: z vermes. ℂ Eccleſiaſtici cap.xiiij.

Omnis caro ſicut ſenū veteraſcet. z ſicut foliū fructificās in arbore viridi. Alia generanť: z alia deijciunť: ſic generatio carnis: z ſanguinis. alia finiť: z alia naſcitur. Oē opus corruptibile in fine deficiet: z q illō operatur ibit cū illo. ℂ Eccleſiaſtici.c.xviij.

Numerus dierū hominū vt multū: centū anni. quaſi gutte aq̄ maris deputati ſunt. ℂ Eccleſiaſtici.c.xl.

Occupatio magna creata eſt oibus hominibus: z iugū graue ſuper filios Adaȝ: a die exitus de vētre matris eoȝ: in diem ſepulture in matrem oium. ℂ Ibidē.

Omnia enim q̄ de terra ſunt in terrā conuertentur. ℂ Hieremias.c.xvij. Hiere.

Maledictus hō qui confidit in hoīe. ℂ Idē.c.xx.

Quare de vulua egreſſus ſum: vt viderē laborē: z dolorem: z conſumerentur in confuſione dies mei? ℂ Paulus ad corinthios prime.c.vi. Paul⁹

Neſcitis qm̄ corpora veſtra membra ſunt Chriſti. ℂ Paulus ad Corinthios ſcd̄e.c.v.

Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus: z non per ſpem. ℂ Auguſtinus li. de quantitate anime. Augu.

Anima facta ē ſimilis deo: q: imortalē: z in diſſolubilē fecit eā deus. Imago ergo ad formā pertinet: ſimilitudo ad naturā. ℂ Aug. ſup Ioā. ſermone.xviij.

Alia vita pecoȝ: alia hominū: alia angeloȝ. Uita pecorū terrenis voluptatibus eſtuat. i. ſola terrena q̄rit. Uita angeloȝ ſola celeſtia. Uita hominū media: z inter vitā angelorū: z vitā pecorū. Si viuet homo ſm̄ carnem pecoribus coniungitur. Si ſm̄ ſpiritū angelis ſociatur. ℂ Augu. lib. de Ioſeph.

Proclinis z mutabilis eſt in vtrūq̄ humana ↄditio: vt quocūq̄ inteāderit: eo p̄pendat: z vergat: vel ad ſtudia virtutū: vel ad illecebras delictoȝ. ℂ Greg.li.4.mo. Grego.

Ad hoc homo poſitus erat in paradiſo: vt ſi ad ↄditoris ſui obedientiā vinculis charitatis aſtringeret: ad celeſtē angelorū patriā q̄ſq̄ ſine carnis morte trāſiret. ℂ Ioā. Chryſoſto. ſuper Mattheum. Joānes chryſo.

Animalia fecit deuſ p̄p hominē: hominē p̄pter ſeipſuȝ. Si ergo aialibus miniſtrat p̄p hoiez: quō hoibus nō miniſtrabit propter ſeipſum? ℂ Ioā. Chryſo. ibidē.

Omnē creaturā ſenſibilē de⁹ armatā: z munitā creauit: alios veloci pedū curſu: alios vnguib⁹: alios pēnis: alios cornib⁹: hoiez ſolū ſic diſpoſuit: vt virt⁹ illi⁹ ſit ipſe de⁹: z in eo quo inferiorē eū fecit: in ipſo fortiorē eē voluit in ſe: vt neceſſitate infirmitatiſ coact⁹ ſemp̄ neceſſe hēat dn̄m ſuū requirere. ℂ Idē ſup Matt.x.

Pre oībus malis hoc ē peſſimū malū: q̄libet beſtia vnū hȝ z p̄prie malū. Homo aūt oīa. diabolus .n. ad iuſtū accedere non audet: ſed malus hō non timet: ſed contemnit. ℂ Bernardus lib. Meditationū. Ber.

Homo nihil aliud ē: q̄ ſperma fetidū: ſaccus ſtercorū: z cibuſ vermiū. Poſt hoiez vermiſ: poſt vermē fetor: z horror. ſic i hāc ſpeciē vertiť oiſ hō. ℂ Ber.li.Medi.

Cor hoīs ſicut molēdinū voluiť velociter: z nihil reſpuit ſed. q̄cq̄d imponiť molit. Si aūt nihil apponitur ſeipſuȝ ↄſumit. Semp̄ eſt in motu. nunq̄ quieſcit. ſed ſiue dormiat: ſiue vigilet: ſomniat: z cogitat q̄cq̄d illi occurrit. Et ſic molēdinū harenā ſi iponať exterminat: pix: inquinat: palea occupat. ſic cor cogitatio amara ↄturbat: imūda maculat: vana inquietat: z fatigat. z

dū futurū non curat gaudiū:nec diuinū querit auxilium:ab amore cęlesti elongat̄:ꝛ involuit̄ in istis vanis:illō recipit curiositas:deducit cupiditas:allicit voluptas:seducit ꝛ polluit luxuria:torq̄t inuidia:turbat iracundia:cruciat tristitia.

℄ Bernard⁹ de Cōsideratione vtilitatis humanę.

Septem sunt de essentia hominis:q̄ si hō cōsideraret in eternū nō peccaret.s.Materia vilis:operatio turpis:exitus flebilis:status instabilis:mors tristabilis. Dissolutio miserabilis:dānatio detestabilis:ꝛ ꝯsideratio glorię ineffabilis. ℄ Idē sup cant.sermo.xlix.

Donec in carne est aīa:inter spinas ꝓfecto versat̄:ꝛ necesse ē patiat̄ ingetudines tētationū:tribulationūq̄ aculeos. Uideat ꝙ vigilē sollicitāq̄ esse oporteat super custodia sui:septa:vndiq̄ spinis.Hinc inde aculeos intēdentibus:vñ dicit̄ sicut lilium inter spinas.

℄ Bernardus cant.

Hō quū in honore esset nō intellexit. In quo honore habitabat in padisoꝛ:ꝛ in loco voluptatis ꝯuersatio eius nihil molestię nec idigētię sentiebat.odoriferis stipatus malis:fulcit⁹ florib⁹. Gloria ꝛ honore coronat⁹:ꝛ ꝯstitut⁹ sup opa manuum plasmatoris. Magis autē ob insigne diuinę similitudinis pręcellebat:ꝛ erat illi foris:ac societas cū plebe angeloꝝ:ꝛ cū omni militia cęlestis exercitus. Sed mutauit istā gloriā in similitudinē vituli comedentis fęnum. ℄ Ibidem.

Heu tristis ꝛ lachrymosa mutatio:vt hō paradisicola:terrę dñs:cęli ciuis:domesticus dñi Sabaoth:frater deoꝝ spirituū ꝛ cęlestiū virtutū cohęres:repētina se ꝯuersione inueniti:ꝛ ꝓpter infirmitatē iacentē in stabulo:ꝛ ꝓpter pecorinā similitudinē indigentē fęno:ꝛ pp indomitā feritatē alligatū p̄sepio:sicut scriptū ē. In camo ꝛ freno maxillas eorum constringe ꝛc.

℄ Bernardus ibidem.

Vide hominem prius quattuor virtutibus amictū:
Quid huic deerat?quē misericordia custodiebat.
Ueritas docebat:Iustitia regebat:pax fouebat.

Hugo ℄ Hugo in Dydascalicon lib.j.

Cortex ambit arborē:Penna tegit volucrē:Piscē squāma operit:lana ouē induit:pilus iumēta:ꝛ feras vestit Cōcha testudinē excipit.Ebur elephātē iacula nō timere facit. Nec in sine cā factū ē:ꝙ quū singula animaliū nāę suę arma habeant secū nata solus homo inermis nascitur:ꝛ nudus. Oportuit enim:vt illis q̄ sibi p̄uidere nesciūt:nā consuleret. Homini autem ex hoc etiā maior experiendi occasio p̄staretur:quum illa q̄ cęteris naturaliter data sunt:ꝓpria sibi rōne inueniret:multo enim magis enitet nūc rō hominis hęc eadē inueniendo:ꝙ̄ habendo claruisset:nec sine causa prouerbium sonat:ꝙ ingeniosa fames omnes excuderit artes. ℄ Hugo in summa disciplinari.

Diligēter obseruandū est:vt mēbra singula suū teneant officium:vt neq̄ manus loquatur:nec os audiat:nec oculus linguę officium assumat. ℄ Ibidem.

Alij nauigāt brachijs incedētes:i duplici q̄dā mōstro:vno tpe pedib⁹ deorsum in terra ambulātes:ꝛ lacertis sursum volāt in aera. ℄ Inno.de miseria hūana.

Inno. Format⁹ est hō de luto:de puluere:ꝛ de cinere:q̄dq̄ est vilissimo:ꝛ spurcissimo spermate ꝯceptus:in fętore Luxurię:q̄dq̄ deterius est in labe peccati nat⁹ ad laborē:timorē:dolorē:miserrimus ad mortē.agit praua q̄bus offendit deū:offendit primū:offendit seipsū. Agit turpia q̄bus polluit famam:polluit personam:polluit conscientiam.Agit vana quibus negligit sana negligit vtilia:negligit necessaria.

℄ Lactantius fir.lib.ij.diui.Institutionū.

Oīa.n.tribus tpibus ꝯtineri necesse est:p̄terito p̄ntī:ꝛ futuro. P̄teriti est:origo:p̄ntis substātia:futuri dissolutio. Quę oīa in singulis hoībus apparēt. Incipimus.n.quū nascimur:ꝛ sumus:quū viuimus:ꝛ desinimus quū interim⁹. Unde ēt tres parcas eē voluerūt poetę:vnā q̄ vitā hoīb⁹ ordinat:Alterā q̄ ꝯtexat. Tertiā q̄ rūpat ꝛ finiat:q̄ in h̄ versiculo ꝯtinent̄ Clotho colū baiulat:Lachesis trahit:Atropos occat.

Lact. ℄ Lactā.fir.lib.ij.c.j.diui.insti.aduersus gētes.

Hoīes aūt ipsos miror ad tātā cęcitatē eē deductos:vt v̄o ac viuo deo mortuos anteferāt. Terrenos āt i terraq̄ sepultos:ei q̄ fundator ip̄i⁹ terrę fuit. Et tn̄ huic impietati hoīum posset venia ꝯcedi:si oīno ab ignorātia diuini nominis veniret hic error. ℄ Ibidē.

At v̄o si q̄ grauis necessitas p̄sserit:tūc deū recordant̄. Si belli terror infremuerit. Si morboꝝ pestifera vis incubuerit. Si alimēta frugib⁹ lōga siccitas denegauerit. Si sęua tēpestas. Si grādo ingruerit:ad deū ꝯfugit̄:a deo petit̄ auxiliū. De⁹ vt subueniat oratur. Si qs in mari vēto sęuiēte iactat̄:hūc inuocat. Si qs aliq̄ vi afflictat̄:hūc potī⁹ iplorat. Si qs ad extremā mēdicādi necessitatē d̄duct⁹:victū p̄cib⁹ exposcit deū solū obtestat̄:ꝛ p ei⁹ diuinū atq̄ vnicū nomē:hominū sibi mīam q̄rit. Nūq̄d igr̄ meminerūt:nisi dū in malis sūt? Postq̄ met⁹ deserūt:ꝛ picula recesserūt:tū v̄o alacres ad deoꝝ tēpla ꝯcurrūt. His libāt:his sacrificāt:hos coronāt. Deo āt quē in sua necessitate iplorauerūt:ne v̄bo q̄dē grās agūt. Adeo ex reꝝ ꝓsperitate luxuria:ex luxuria v̄o vitia oīa:sic impietas aduersus deū nascitur.

℄ Lacantius fir.li.ij.c.xij.di.instI.aduersus gētes.

De⁹ igr̄ reꝝ oīuz machinator fecē hoīez:q̄d Cicero:ꝙuis exps cęlestiū l̄raꝝ vidit tn̄:q̄ libro de legib⁹ p̄ h̄ idem tradidit q̄d ꝓph̄ę:cui⁹ v̄ba subieci:Hoc aial ꝓuidū:sagax:multiplex:acutū:memor:plenū rōnis:ꝛ ꝯsilij:quē vocam⁹ hoīem:p̄clara q̄dā ꝯditiōe gñatū eē a summo deo solū. Est.n.ex tot aiantiū gñib⁹:atq̄ naturis p̄ticeps rōnis:quū cętera sint oīa expta. Uides ne hoīem q̄uis longe a v̄itatis noticia remotū? Tn̄:q̄m imaginē sapię tuebat̄:intellexisse:nō nisi a deo hominē potuisse generari. ℄ Lac.fir.li.ij.c.xiij.di.insti.

Quū ergo marē ad silr̄itudinē suā p̄mū finxisset:tūc ēt feminā ꝯfiguravit ad ip̄si⁹ hoīs effigiē:vt duo inter se p̄mixti sexus ꝓpagare sobolē possēt:ꝛ oēz terrā multitudine opplē. In ip̄si⁹ āt hoīs fictiōe illa ꝑ duaꝝ māteriaꝝ:q̄s inter se diximus eē ꝯtrias ignis ꝛ aq̄ ꝯclusit:p̄fecitq̄ rōnē. Ficto.n.corpe spirauit ei animā de vitali fonte sp̄ūs sui:q̄ est p̄ennis:vt ip̄si⁹ mundi ex ꝯtrijs ꝯstātis elemētis silr̄itudinē gereret. Cōstat.n.ex anima ꝛ corpe.i.q̄si e cęlo:ꝛ terra:qñ q̄dē anima q̄ viuimus velut e celo oritur a deo:corpus e terra:cuius e limo diximus esse formatū. ℄ Lactātius fir.li. de opificio dei vel formatiōe hominis.c.ij.

Dedit.n.homini artifex ille nr̄ ac parēs de⁹ sensuz atq̄ rōnē:Ut ex eo appareret nos eē gñatos:q: ipse intelligētia:ipse sensus:ac rō est. ℄ Ibidem.c.viij.

Quū igr̄ statuisset de⁹ ex oīb⁹ aialib⁹ solū hominē facē cęlestē:cętera vniuersa terrena:hūc ad cęli ꝯtēplationē rigidū erexit:ꝛ bipedē ꝯstituit.s.vt eadē spectaret vñ illi origo est. Illa v̄o depssit ad terrā:vt q: nūa his immortalitatis expectatio est:toto corpe in humū ꝓstrato vētri pabuloq̄ seruirēt. Hominis itaq̄ soli⁹ recta rō:ꝛ sublimis stat⁹:vult⁹ deo p̄ri cōis ac p̄ximus originē suā fictoremq̄ testat̄. ℄ Seneca ad Lu.epi.l.

Seneca. Pūctū ē q̄d viuim⁹:ꝛ adhuc pūcto min⁹:sz hoc minimū specie q̄dā lōgioris spacijs nā derisit. Aliō ex hoc infantiā fecit:aliō pueritiā:aliō adolescētiā:aliud inclinationē quādā ab adolescētia in senectutē ad ipsaz senectutē:in q̄ annus toi⁹ q̄sdā gradus posuit:cui⁹ breuitatē aliqñ cogitem⁹. ℄ Seneca ad Lu.epi.lxxvij.

Oia h̄ bono ꝯstat:vitē fertilitas cōmēdat.Uinū sapor ꝛ velocitas ceruū:ꝙ fortia dorso iumēta sint q̄ris.In

cane ſagacitas prima ē:ſi feras inueſtigat̄ oʒ:curſus ſi cōſeq̄:audacia:ſi mordere:ꝛ inuadē. Illō cuiq; opti mū eſſe oʒ:cui naſcit̄ iq̄ō cēſet̄ in hoīe optima qdem eſt rō. Hac antecedit aīalia cetera:deos ſequitur Rō ergo pfecta propriū hoīs bonū eſt:cetera illi cū aīali bus ſatiſq; cōia ſunt. Eſt fortis?videlʒ ꝛ leones. For moſus eſt?ꝛ pauones. Uelox eſt?ꝛ equi: Corpus hʒ?ꝛ arbores. Impetū hʒ ꝛ motū voluntarium?ꝛ beſtię ꝛ vermes. Habet vocē?ſed quāto clariorē canes?acu tionē aquilę?grauiorem thauri? Dulciorē ꝛ nobiliorē luſcyni? ℂ Seneca ad Lucillium epi. lxxvij.

Quod in hoīe propriū?Ratio. hęc recta ꝛ ꝯſumata fęli citatē hoīs impleuit. Ergo ſi omnis res:quū bonū ſu uʒ pfecerit:laudabis eſt:ꝛ finē ſuę naturę tetigit:hęc ratio pfecta virtus eadēq; honeſtū eſt. Id itaq; vnū bonū in homine eſt:quod hominis eſt. ℂ Ibidem.

Si qs oīa alia hēat:valitudinē:diuitias:imagines mul tas:frequēs atriū:ſed malus ex cōfeſſo ſit:improba bis illū. Itē ſi qs nihil quidē illoꝝ hēat quę rettuli: careat pecunia:clientū turba:nobilitate auoꝝ:ꝛ pro auoꝝ ſerie ſi ex confeſſo bonus ſit: pbabis illū. Ergo hoc vnū bonū hoīs:qō q habet i omniū alioꝝ copia dānat̄ ac reijcit̄. ℂ Sene. ad Lucil. epi. lxxvij.

Quę cōditio rerū:eadē hominū eſt. Nauis bona dr̄ nō quę ꝑcioſis coloribus picta eſt:nec cui argenteʒ: aut aureū roſtruʒ ē:nec cuius tutela ebore cęlata ē:nec q̄ fiſcis atq; opibus regijs ꝑſſa eſt:ſed ſtabilis ꝛ firma: ꝛ iuncturis aquā excludentibus:ſpiſſa:ad inferēduʒ maris incurſuʒ ſolida:gubernaculo parens: velox:ꝛ nō ſentiēs vētos. Gladiū bonū dices:ñ cui deauratꝰ ē balthe9:nec cuiꝰ vagina gēmis diſtinguit̄: ſʒ cui ad ſecādū ſubtilis acies ē:ꝛ mucro munitē ētū oē rupiu rus. Regula nō q̄ꝫ formoſa:ſʒ q̄ꝫ recta ſit q̄rit̄: eo qdē laudat̄:cui cōparatur:quod illi propriuʒ eſt. Ergo in hoīe quoq; nihil ad rem pertinet:quantū aret. quan tum ſeneret̄:a q̄ꝫ multis ſalutetur:q̄ꝫ ꝑcioſo incūbat lecto:q̄ꝫ plucido poculo bibat:ſed q̄ꝫ bonꝰ ſit: Bonus āt eſt:ſi rō explicita:ꝛ recta:ꝛ ad naturę ſuę volūtatē accōmodata. Hęc vocat̄ virtus:hęc ē honeſtū:ꝛ vni cū hoīs bonū. ℂ Seneca ad Lucil. epi. lxxvij.

Quid aūt ſit vir bonꝰ dicā. Uir bonus qō honeſte ſe fa cturū putauerit faciet ſine pecunia:ꝛ Si laborioſuʒ erit faciet etiā ſi damnoſuʒ ſit:faciet etiā ſi periculo ſum erit. Rurſus qō turpe erit ñ faciet: ēt ſi pecuniā afferat:ēt ſi voluptatē:ēt ſi potētiā:ab honeſto nulla re deterrebit̄. ad turpia nulla ſpe inuitabitur.

ℂ Idem epiſtola. lxxxxviij.

At qui viuere Lucilli militare eſt. ℂ Idem epi. ciij.

Omnis dies:omnis hora:q̄ꝫ nihil ſumus oſtendit.

ℂ Seneca in Hercule furente Tragędia. i.

At gens hominum fertur rapidis obuia fatis:
Incerta ſui. Stygias vltro q̄rimus vndas. ℂ Ibidē.

Mortale cęlo non poteſt iungi genus. ℂ Ibidem.

Nulli iuſſu ceſſare licet.

Uale. Nulli ſcriptū proferre diem: ℂ Uale. mari. li. ij.

mari. Thracię vo illa natio merito ſibi ſapiētię laudē vēdica uerit:q̄ natales hominū flebiliter:exequias euʒ hila ritate celebrat. ℂ Uale. mari. lib. ij.

Perſarū admodū probabile inſtitutū fuit:q̄ꝫ liberos ſu os nō priꝰ aſpiciebāt:q̄ꝫ ſeptimū annū impleuiſſent: quo paruuloꝝ amiſſionē ęquiore animo ſuſtinerēt.

Ariſto. ℂ Ariſtoteles epiſtola ad Alexandrum.

Oq̄ꝫ cōtempta res homo:niſi ſupra humum ſe erexerit:

ℂ Ariſtoteles lib. i. Metaphiſicę.

Omnes homines naturaliter ſcire deſiderāt. ℂ Ibidē.

Humanum genus arte:ꝛ rationibus viuit.

ℂ Ariſtoteles lib. i. Metaphiſicę.

Hūana nā multiplr̄ eſt ancilla. ℂ Ariſto. li. ij. phiſi.

Nos ſumus quodammodo finis omnium.

ℂ Idem. viij. phiſicorum.

Homo dicitur minor mundus. ſ. μικρόκοσμος.

ℂ Idem lib. ij. de anima.

Nullū animal excellit hoīem:in guſtando: ꝛ tangendo.

ℂ Ibidem.

Homo eſt prudētiſſimū animaliuʒ. ℂ Ari. li. ij. de aīa.

Molles. carne aptos mēte dicimꝰ:duros aūt ineptos.

ℂ Ariſto. li. de cā longitudinis ꝛ breuitatis vitę.

Gentes q̄ in calidis regionibꝰ ſunt longioris vitę ſunt q̄ꝫ quę ſunt in frigidis regionibus: ℂ Ibidem.

Longiſſimę vitę aīaliū ſunt homo ꝛ elephas. ℂ Ibidē.

Vita animalis ſtat per humidū ꝛ calidū. ℂ Ibidē.

Maſculi:ſi nō coitiui ſunt:naturalr̄ ſunt longioris vitę q̄ꝫ femineę. ℂ Ariſto. lib. primo de animalibus.

Nobiliſſimum ꝛ altiſſimum animal eſt homo.

ℂ Ariſtoteles lib. i. de animalibus.

Frons magna ſignificat declinātē ad ſtulticiā. ℂ Ibidē.

Frons parua ſignificat leuitatē motus. ℂ Ibidem.

Frons lata ſignificat paruitatē diſcretionis. ℂ Ibidē.

Frons rotunda ſignificat iracundiā. ℂ Ibidem.

Omne animal habentes aures: habet ipſas mobiles preter hominem. ℂ Ibidem.

Aures multum prominentes:ꝛ magnę ſignificant ſtoli ditatem:ꝛ garrulitatem. ℂ Ibidem.

Situs cordis in medio pectoris eſt. Sed in homine de clinat modicum ad lęuus:ad ſiniſtram partem.

ℂ Ariſtoteles lib. iij. de animalibus.

Proprium hominis eſt caneſcere in ſenectute. ℂ Ibidē.

Impubes caſtrati non barbeſcunt. ℂ Ibidem.

Homo inter animalia eſt multi ſeminis.

ℂ Ariſtoteles lib. xv. de animalibus.

Homines natura pingues raro generant. ℂ Ibidem.

Sperma hominis eſt ſuperfluum nutrimenti.

ℂ Ariſtoteles lib. xviij. de animalibus.

Viri multoꝝ piloꝝ apud coxas:ꝛ a pte inferiori: ſunt multi coitus. ℂ Ariſto. lib. xviij. de animalibꝰ.

Homines tantum caneſcunt:ꝛ non alia animalia:
Quia homo habet cerebrum valde humidum.

ℂ Ariſtoteles lib. iij. Ethicorum.

Homo eſt principium ſuarum operationum.

ℂ Ibidem lib. i. polyticorum.

Homo naturalr̄ eſt animal polyticū ꝛ ciuilē. ℂ Ibidē.

Homini ſermonem natura dedit. ℂ Ibidem.

Homo ſolitarius. aut deus:aut beſtia. ℂ Ibidem.

Sicut optimū animaliū eſt homo lege fruens:ſic peſſi mū eſt animaliū. homo a lege ꝛ iuſticia ſeparatus.

ℂ Idem. vij. polyticoꝝ.

Inter omnia aīalia ſolus hō rationē hēt. ℂ Ibidē.

Finis generationis in viris:vt in pluribus. eſt numerꝰ ſeptuaginta annorum:in mulieribus autem quinqua ginta annoꝝ. ℂ Ariſto: lib. de ſenſu ꝛ ſenſato.

Solꝰ hō ſentit:ꝛ dlectat̄ odoribꝰ floꝝ. ℂ Pl. in Thimeo. Plato

Propter hoc eſt nobis datꝰ ſermo: vt ꝑſto forent mutuę voluntatis indicia. ℂ Porphirius lib. vniuerſaliū. Porphi

Homo differt ab aſino qualitate eſſentiali. i. differētia ſpecifica:q̄ dr̄ rationalis. ℂ Porphirius Ibidem. rius

Sumus. n. rōales nos ꝛ dij:ſed mortale appoſitū diſtū git nos ab illis. ℂ Luciꝰ Apuleiꝰ de deo Socratis.

Pręſtantiſſimū aīal eſt hō in terris exiſtēs. ℂ Ibidē.

Improuiſa pericula hominibꝰ ſubito oriunt̄. ℂ Ibidē.

Nihil eſt deo ſimilius:ꝛ gratius:q̄ꝫ vir ais pfecto bonꝰ: qui hominibꝰ cęteris antecellit:qō ipſe a dijs imorta libus diſtat. ℂ Cicero lib. i. de oratore. Cicero

Quid tam porro regiū?tam liberale?tam munificuʒ?q̄ꝫ opem ferre ſupplicibus:excitare afflictos:dare ſalu tē:liberare periculis:retinere homines in ciuitate.

ℂ Idem in prologo Rhetoricorum veterum.

Nam fuit quoddam tpē quū in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur:ꝛ ſibi victu ferino vitaʒ

propagabãt: nec rõne animi ꝗcq̃: ſed pleraq; viribus corporis adminiſtrabãt. Nundum diuinę religionis: nõ humani officij rõ colebatur. Nemo nuptias viderat legitimas nõ certos quiſq̃ aſpexerat liberos. Nõ ius ęquabile qd vtilitatis haberet acceperat. Ita pp errorẽ atq; inſcitiã cęca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendã virib⁹ corporis abutebatꝰ pnicioſiſſimis ſatellitib⁹. Quo tpe qdã magnus vide licet vir: ⁊ ſapiẽs cognouit: quę mã eſſet: ⁊ quanta ad maximas res oportunitas ineſſet hominum animis: ſi ꝗs eã poſſet allicere ⁊ ꝑcipiẽdo meliorẽ reddere. Qui diſperſos homines in agris: ⁊ in tectis ſilueſtrib⁹ abditos: rõne quadã cõpulit in vnũ locũ: ⁊ cõgregauit ⁊ eos in vnã quãq; rem inducens vtilẽ atq; honeſtã: pp inſolentiam primo reclamantes: deinde pp rõnez atq; orationem ſtudioſius audientes ex feris ⁊ imanibus mites reddidit ⁊ manſuetos.

C Cicero lib. de ſomno Scipionis:

Nihil eſt illi principi deo: qui omnẽ hũc mundũ regit: quod in terris fiat acceptius: q̃ cõcilia cętuſq; hoiuz iure ſociati. C Cicero lib. i. de legibus.

Animal hoc ꝓuidũ: ſagax: multiplex: acutũ: memor: plenũ rõnis: ⁊ cõſilij quẽ vocamus hominẽ ꝑclara quadam conditione generatum eſt. C Ibidem.

Itaq; ex tot generib⁹ nullũ eſt aĩal ꝑter hoĩem: q̃d hẽat noticiã aliquam dei. C Cicero li. i. de legibus.

Eſt igitur homini cũ deo ſimilitudo: q̃d quũ ita. Quę tãdẽ põt eſſe proprior certior ve cognatio. Itaq; ad hominũ cõmoditates: ⁊ vſus tãtã rerũ vbertatẽ natura largita eſt: vt ea q̃ gignũtur donata cõſulto nobis: nõ fortuito nata videantꝰ. Nec ſolũ ea q̃ frugib⁹ atq; baccis terrę fętu ꝓfunduntꝰ: ſz ẽt pecudes: q̃d ꝑſpicuũ ſit: ptiz eẽ ad vſuz hominũ: partiz ad fructũ: partim ad veſcẽdũ ꝓcreatas. C Cicero lib. i. de legib⁹:

Ipſum aũt hominẽ eadẽ natura nõ ſolũ celeritate mẽtis ornauit: ſz ẽt ſenſus tanq̃ ſatellites attribuit: ac nuncios: ⁊ rerũ plurimarũ obſcurarũ neceſſarias intelligẽtias enodauit: q̃ſi fũdamẽta q̃dam ſciẽ: figuramq; corporis habilẽ: ⁊ aptã ingenio humano dedit. Naz quũ cęteras animãtes abiecisſet ad paſtũ: ſolũ hoĩem erexit: ⁊ ad cęli quaſi cognationis domiciliiq; priſtini conſpectum excitauit. Tũ ſpeciem ita formauit oris: vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Naz ⁊ oculi nimis arguti: queadmodum animo affecti ſum⁹: loquuntꝰ: ⁊ is q̃ appellatꝰ vultus: q̃ nullo in animãte eẽ ꝑter hominẽ poteſt: indicat mores: cui⁹ vim grȩci norunt nomen omnino nõ habent. Omitto opportunitates habilitateſq; reliq corporis: moderationez vocis orationis vimq; quę cõciliatrix eſt humanę maxime ſocietatis. C Ibidem.

Etenim rõ ẽ qua vna ꝑſtamus beluis ꝑ q̃ cõiectura valemus: argumẽtamur: refellimus: diſſerimus: cõficimus: concludimus. C Cicero lib. de ſenectute.

Sed credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora hũana: vt eẽnt q̃ terras tuerentꝰ: q̃q; cęleſtiũ ordines cõtẽplantes imitarentꝰ. C Idem de oratore lib. iij.

O fallacẽ hominũ ſpẽ: fragilẽq; fortunã: ⁊ inanes nr̃as cõceptiones. quę mediocri in ſpacio: ſępe franguntur ⁊ corruunt: ⁊ cũ ipſo curſu ante obruuntꝰ: q̃ portũ cõſpicere valuerint. C Cicero li. i. officioꝝ.

Atq; vt placet ſtoicis: eaq̃ i terris gignuntꝰ omnia ad vſũ hominũ creari: hoĩes aũt hominũ cã eẽ generatos vt ipſi inter ſe alijs alij ꝓdeẽ poſſint. C Ibidẽ li. ij. of.

Atq; vt magnas vtilitates adipiſcimur ꝯſpiratõe hoiuz atq; ꝯſenſu: ſic nulla tã deteſtabilis peſtis ẽ: q̃ nõ homini ab hoĩe naſcatꝰ. C Idẽ lib. ij. d̃ natura deoꝝ.

Oium aĩantiũ formã vincit hominũ figura. C Ibidẽ.

Eſt enim vis tãta naturę: vt homo nemo velit niſi homini ſimilis eſſe: ⁊ quidem formica formicę.

C Cicero li. ij. de natura deorum.

Quorum igitꝰ cauſa q̃s dixerit effectũ eẽ mũdũ? eorum ſcilicet animãtiũ: q̃ rõne vtuntꝰ. Hij ſunt dij: ⁊ hoĩes quibus profecto nihil ẽ meli⁹. Ratio eſt enim q̃ ꝑſtet omnib⁹. Ita fit credibile deoꝝ ⁊ hoiuz cauſa factum eſſe mundũ: queq; in eo mundo ſint oĩa. Faciliuſq; intelliguntur a dijs immortalibus hominibus eſſe ꝓuiſum: ſi erit tota hominis fabricatio ꝑſpecta omniſq; humanę naturę figura atq; ꝑfectio. C Ibidem.

Ad hãc prouidẽtiã naturę tã diligentẽ tamq; ſolertem adiungi multa p̃nt: ex q̃bus intelligitꝰ quantę res hominibus a dijs: q̃q; eximię tributę ſunt: q̃ui primo eos humo excitatos celſos: ⁊ rectos ꝯſtituit: vt deoꝝ cognitionẽ: cęlũ intuẽtes capere poſſent. Sunt. n. ex terra hoĩes: non vt incolę. ⁊ habitatores: ſz quaſi ſpectatores ſupperarũ rerũ: atq; cęleſtiũ: quaꝝ ſpectaculũ ad nullũ aliud gen⁹ animãtiũ ptinet. C Ibidẽ.

Senſus aũt interpretes: ⁊ nũcij rerum in capite: tanq̃ in arce mirifice ad vſus neceſſarios: ⁊ facti: ⁊ collati ſũt. Nã oculi tanq̃ ſpeculatores altiſſimũ locũ obtinẽtes: ex quo plurima ꝯſpiciẽtes fungantur ſuo munerꝰ. Et aures quũ ſonũ recipere debeãt. q̃ nõ in ſublime fertꝰ. recte in altis corporũ ptib⁹ collocatę ſunt. Itẽq; nares: eo q̃ oĩs odor ad ſupiora fertꝰ: recte ſurſũ ſũt. Et q̃ cibi ⁊ potionis iudiciũ eoꝝ magnũ ẽ: nõ ſine cã vicinitatẽ oris ſecutę ſunt. Iã guſtus: q̃ ſentire eorũ q̃bus veſcimur genera d̃z: habitat in ea parte oris qua eſculẽtis: ⁊ poculẽtis iter natura patefecit. Tactus autẽ toto corpore ęqualiter fuſus ẽ: vt oẽs ictus oẽſq; minimos: ⁊ frigoris: ⁊ caloris appulſus ſentire poſſimus. Atq; in ędificijs architecti auertũt ab oculis naribuſq; dominoꝝ ea: q̃ ꝓfluẽtia neceſſario tetri eẽnt aliq̃d habitura: ſic nã res ſiles ꝓcul emẽdauit a ſẽſib⁹. C Ibidẽ.

Terrenorũ item cõmodoꝝ oĩs eſt in homine dominat⁹. Nos cãpis: nos mõtib⁹ fruimur. Noſtri ſunt amnes: noſtri lacus: Nõ fruges ſerimus: nos arbores: Nos aquarũ inductionibus terris fęcũditatẽ dam⁹. Nos flumina arcemus: dirigimus: auertimus. Noſtris denic; manibus in rerũ natura quaſi alteram naturam efficere conamur. C Ibidem

Quid vero hominũ ratio nõ in celum vſq; penetrauit? Soli enim ex animãtibus nos aſtrorũ ortus: obitus: curſuſq; cognouim⁹. Ab hominũ genere finit⁹ ẽ dies: mẽſis: an⁹: defectiões ſolis ⁊ lũę ⁊ cognitę pdicteq; in omne poſterũ tẽpus q̃: quantum: quãdo futurę ſint.

C Cicero li. ij. de natura deorum.

In hoĩe rõ ẽ: q̃ nihil poteſt eſſe ꝑſtantius. C Ibidẽ.

In hoĩe mẽs ẽ: in belua qdã ſimile mẽtis: vñ oriantur rerꝝ appetitus. C Cicero lib. ij. de diuinatione.

Quid diſſimilitudo locoꝝ nõne diſſimiles hoiuz ꝓcreationes habet? C Cicero li. ij. d̃ finib⁹ bonoꝝ ⁊ ma.

Ad maiora. n. nã nos genuit ⁊ cõformauit: vt mihi q̃dẽ vr̃: ac fieri põt: vt errẽ: ſed ꝗs ꝓrſus exiſtimo.

C Cicero li. ij. de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ.

Hij viderũt: vt ad curſuz equũ: ad arandum bouẽ: ad indagãdũ canem: ſic hoĩem ad duas res. vt ait Ariſtoteles: intelligendũ: ⁊ ad agẽdũ eſſe natũ: q̃ſi mortalẽ deum. C Cicero li. ij. de fin. bono. ⁊ ma.

Homines. n. et ſi multis alijs tñ a beſtijs plurimũ diſferũt: q̃ rõnẽ habeãt a nã mẽti datã: ⁊ acrẽ: ⁊ vigentẽ celerrimeq; multa ſimul agitãtẽ: ⁊ vt ita dicã: ſagacẽ: q̃. ⁊ cãs reꝝ ꝯſecutõẽs: ⁊ videat. ⁊ ſimilitudines transferat: ⁊ diſiuncta cõiũgat: ⁊ cum pñtibus futura copulet: omnẽq; cõplectatur vitę ꝯſequẽtis ſtatũ. Eadẽq; ratio fecit hoĩez hoiuz appetẽtẽ: cũq; his nã: ⁊ ſermone: ⁊ vſu cõgruẽtẽ: vt ꝓfectus a charitate domeſticorũ: ac ſuoꝝ currat lõgius: ⁊ ſe implicet primo ciuiũ: deide oĩuz mortaliũ ſocietate. Atq; vt ad Archită ſcripſit Plato: nõ ſibi ſe ſoli natũ meminerit. ſz pa

trig;sed ſulorvt perexigua pars ſibi relinquatur.

ℭ Cicero li.ij.de finibus bonorū ꝛ malorū.

Et qm̄ eadē nā cupiditatē ingenuit homini veri inueniē di:q̄d facillime apparet:quū vacui curis ēt q̄d i celo fiat ſcire auemus:his initijs inducti oia va diligim⁹ idest fidelia:ſimplicia ɔſtātia:Cū vana falſa:fallētia odimus:vt fraudē:periurium:maliciam:iniuriam.

ℭ Cicero li.ij.de fi.bo.ꝛ ma.in fine.

Ad altiora q̄dā:ꝛ mihi crede torquate:nati ſum⁹:nec id ex aīi ſolū partib⁹:in qbus ineſt memoria rex innumerabiliū:vite q̄dē infinita ineſt cōiectura cōſequētium nō multū a diuinatōe differēs. Ineſt moderator cupiditatis pudor. ineſt ad hūanā ſocietatē iuſticie fida cuſtodia. ieſt i pperiēdis laborib⁹:adeūdiſq; pīcul' firma

Homo. ꝛ ſtabil' doloris mortiſq; ɔtēptio. ℭ Ho.i ζ Iliados.

οιηπερ φυλλων γενεη τοιη δε και ανδρων
φυλλα τα μεν τ' ανεμος χαμαδις χεει αλλα δε θ' υλη
τηλεθοωσα φυει εαρος δ' επιγιγνεται ωρη
ως ανδρων γενεη η μεν φυει η δ' απολησει.ι.

Quale foliorum genus:tale ꝛ hominum
Folia quidem ventus humi fundit:alia vero ſilua
Pullulans gignit quando veris venit tempus.
Sic hominum quidem genus aliud quidem naſcit' aliud autem moritur. ℭ Homerus in a Iliados.

αργαλεον δε
παντων ανθρωπων ρυεσθαι γενεην τε γονον.ι.

Difficile autem.
Oium hoium ſeruari gen⁹ ꝛ pleo. ℭ Idē in ρ Iliados.

ου μεν γαρ τι που εστιν οιζυρωτερον ανδρος
παντων οσσα τε γαιαν επι πνειει τε και ερπει.ι.

Non quidem certe eſt aliquid miſerius homine.
Oium q̄ ſpirant:ꝛ ꝑ terra ſerpūt: ℭ Idē in ψ Iliados.

ουδ' αρα πω τιν
εν παντεσσι δεδοικται αρμονια φωτα συνεσται.ι.

Nondum profecto accidit.
In omnibus opibus peritū virū naſci. ℭ Ibidem.

παντες δε θεων χατεουσ' ανθρωποι.ι.

Oēs aūt deis indigent homines. ℭ Idē in ξ odiſſeę.

αλλος γαρ τ' αλλοισιν ανηρ επιτερπεται εργοις.ι.

Alius.n.alijs hō delectat' opibus. ℭ Phocylides.

Phocy. σωμα γαρ εκ γαιης εχομεν και παντα προς αυτην
λυομενοι κονις εσμεν αηρ δ' ανα πνευμα δεδεκται.ι.

Corpus enim ex terra habemus:ꝛ penitus in ipſam.
Soluti puluis ſum⁹. Aer vero ſpūm recipit. ℭ Idē.

ου πολυν ανθρωποι ζωμεν χρονον αλλ' επιχειρον.ι.

Nō multū hoies viuim⁹ tpe:ſʒ breue. ℭ Palladas.

Palla. αμμνημων ανθρωπε λαβοις ο πατηρ σε τι ποιων
εσπειρεν. παυσει της μεγαλοφροσυνης.
αλλ' ο Πλατων σοι τυφον ονειρωσσων ενεφυσεν.
αθανατον σε λεγων και φυτον ουρανιον.
εκ πηλου γεγονας. τι φρονεις μεγα. τουτο μεν ουτως
ειπας τις κοσμων πλασματι σεμνοτερω.
ει δε λογον ζητεις τον αληθινον. εξ ακολαστου
λαγνειας γεγονας. και μιαρας ρανιδος. hoc eſt

Si reminiſcentiam homo ceperis pater te quid faciens.
Seminauit:ceſſabis a ſuperbia.
Sed plato tibi ſuperbiam ſomnians indidit.
Immortalem te dicens:ꝛ plantam celeſtem
Ex ceno natus es:quid ſuperbis valde:hoc quidem ve
Diceret vtiq; aliquis ornans figmento venerabiliori:
Si autem rationem queris veram:ex immodeſta
Libidine natus es:ꝛ ex feda gutta.

Sophoc. ℭ Sophocles in aiace furente. Uliſſis verba.

ορω γαρ ημας ουδεν οντας αλλο πλην
ειδωλ' οσοιπερ ζωμεν. η κουφην σκιαν.ι.

Uideo enim nos nihil eſſe aliud preter
Simulacra:quicunq; viuimus:vel leuem vmbram.

ℭ Idem Aiacis verba.

αισχρον γαρ ανδρα του μακρου χρηζειν βιου.
κακοισιν οστις μηδεν εξαλλασσεται.ι.

Turpe enim eſt virum longam appetere vitam
A malis qui nihil liberatur. ℭ Idem.

ουκ αν πριαιμην ουδενος λογου βροτον
οστις κεναισιν ελπισιν θερμαινεται.ι.

Non vtiq; emerem ne verbo quidem mortalem.
Quicunq; vanis ſpebus delectatur.

ℭ Uirgilius lib.iij.Georgicorum. Uirg.

¶ Gregorius ſuper ezechielem.

Menti furore ebrię omne qd̃ rectũ dicitur ꝑuerſum vr̃.

Joan. Chryſo. ¶ Jo. Chryſo. de laudibus Pauli home. vi.

Non commoueri malum eſt: ſed irrationabiliter nulloq̃ negocio iuſto flagitante commoueri.

¶ Jo. chryſo. ſup Mattheum homelia. xvij.

Sicut ligna ignis materia ſunt: ſic q̃cunq̃ loquit̃ quis in ira facta ſunt eſca illius. ¶ Jo. chry. homelia. 18.

Ira debet vinci patientia. Ignis enim eſt: ſed ignis non extinguitur igne: ſed aqua.

¶ Jo. Chryſo. ſup Matthę. homelia. xxiij.

Non dolere quia peccaueris: magis indignari atq̃ iraſci facit deum: q̃ id ipſum quod ante peccaueras.

¶ Jo. Chryſo. ſuper Mattheum. ij.

Coercere omnino nequit aius prauus ſemel volũtate vitiatus. Quia zelus ſapere neſcit: ꝛ ira cõſiliũ nõ hꝫ.

¶ Jo. Chryſo. ibidem.

Reges ſiquidẽ quũ ex alijs cauſis iraſcunt̃. cito placãtur: illa aũt ira eſt inextinguibilior quã regni zel⁹ accẽdit. ¶ Idem ſuper illud Matthęi. v. Quod iraſcitur fratri ſuo ꝛc.

Nam ſi ira nõ fuerit nec doctrina ꝑficit: nec iudicia ſtãt nec crimina compeſcuntur. Itaq̃ qui cũ cauſa non iraſcitur peccat. Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat: negligentiam nutrit: ꝛ non ſolũ malos: ſed etiam bonos ad malum inuitat.

¶ Caſſio. ſup illud pſal. Iraſcimini ꝛ nolite.

Melior eſt, qui vincit irã q̃ qui capit ciuitatem.

¶ Caſſiodorus ſup Mattheum. Caſſio.

Motũ ſiqdẽ animi feruidũ ꝑꝑ humanã fragilitatẽ in poteſtate hr̃e nõ poſſumus: ſuffragãte tñ grã dei rõne diſciplinãdi continemus. Nã ſi iraſcamur nec dei cõſideratione refrenemur: ſed a voto nr̃o impediamur aliquo neceſſitatis obiectu: tũc vtcq̃ cõſtat nos facti crimen portare: ẽt ſi nõ poſſumus qd̃ volebam⁹ efficere.

¶ Lactã. fir. lib. viij. vel de ira dei. Lactã.

Deus itaq̃ qui iraſcit̃ nõ in totum prohibet irã: qr is affectus neceſſario datus eſt.

Beda ſup epi. iacobi ꝛ ha. xj. q. iij. cp̃o.

Ira enim viri iuſticiã dei nõ operatur: qr qui irat⁹ in aliquã ſentẽtiã profert: ꝛ ſi ille q̃rũ ad ſe iuſtam reportet ſententiã: iſte tñ qui nõ amore iuſticię ſed liuore odij in eũ ſentẽtiã dedit iuſtitiã dei in quẽ perturbatio nõ cadit non miratur.

¶ Beda ſuper Parabolas li. ij. Beda

Hęc eſt natura irę vt dilata lãgueſcat ꝛ pereat: prolata vero magis ac magis conflagret.

¶ Seneca ad Luciliũ epi. lxxxix.

Quid enim prodeſt equũ regere ꝛ curſum eius freno temperare: ꝛ affectibus effrenatiſſimis abſtrahi.

¶ Seneca epi. lxxxx.

Quid. n. prodeſt intus ęſtimata hr̃e omnia: ſi ſis impetu nimius. ¶ Idem ad Luciliũ epiſtola.

Quidã nũq̃ magis q̃ quũ erubuerint timendi ſunt: quaſi omnem verecundiam effuderint.

¶ Seneca li. de ira. Seneca

Nihil ęque ꝓfuit iratis: q̃ intueri deformitatẽ rei id eſt irę. Nã in ea facies turbatio: ora pulcerrima fędat toruos vultus ex tranquilitate reddit: linquit decor omnis iratos. ¶ Ibidem.

Qualẽ putas aiũ: cui⁹ extra imago tã fęda eſt. Et ſeq̃t̃.

Qualis poete infernalia mõſtra finxerẽ ſuccincta ſerpẽtibus: ꝛ igne: ꝛ flatu. ꝛc. Talem nobis irã figuremus.

¶ Seneca lib. ij. de Ira.

Vindicta ſine pęna differenda eſt ad emendationẽ eius qui dꝫ puniri. Unde Socrates ſeruo ait. Cederem te niſi iraſcerer. ¶ Idem de ira li. iij. de Platone.

Maximũ remediũ irę eſt dilatio: vt primum eius feruor relangueſcat: ꝛ caligo quę mẽtẽ premit: aut decidat minus denſa ſit. ¶ Idem lib. de Ira.

Immodica ira gignit inſaniam: hęc ardeſcit: affectus ex amore: q ex odio naſcit̃. Non viuim⁹ min⁹ inter ſeria q̃ inter luſus ꝛ iocos: nec intereſt ex q̃ magna cã iraſcatur: ſed in qualẽ perueniat animũ. Sic ignis non refert q̃ magnus: ſed quo incidat. Ingentis irę exit⁹ furor eſt: ꝛ ideo ira vitanda eſt nõ immoderationis cã ſed ſanitatis. ¶ Seneca ibidem.

Nihil inter inſanum ꝛ iratum eſt: non vnus dies: alter ſemper inſanit: alter ſemper iraſcitur.

¶ Seneca in prouerbijs.

Iracundia infęlicitas geminat̃. Iracundus quũ iraſci deſierit tunc iraſcitur. Sibi reſpicere nihil cõſueuit iracundia. ¶ Seneca ibidem.

Quo minus preſſeris irã. hoc ab ira magis premeris: tũ enim incipimus alijs iraſci quũ nobis deſinim⁹. Finis irę initium eſt pęnitentię. ¶ Ibidem.

Ad bonum virũ cito moritur iracundia: breue amãs eſt ipſa iracũdię memoria. Fulmen eſt vbi cũ poteſtate habitat iracundia. grauiſſima eſt probi hominis iracundia: grauis tamẽ pęna eſt: quẽ poſt facti penitet.

In amore ſemper mendax iracundia eſt iratũ breuiter vites: inimicũ diu: Iracundiã q vincit hoſtẽ ſuperat ma-

ximum. Iratus etiam facinus cõſiliū putat. Si qs iraſcitur ab alio pęnas a ſe exigit. ℭ Ibidem.
Animo dolenti nihil oportet credere.
ℭ Seneca ibidem.
Boni viri cito morietur iracundia.
ℭ Idem in tantalo Tragędia.ij.
Quum ſuperat ira ſanguine neſcit regi.
Iratus nihil niſi criminis loquitur.
ℭ Seneca ibidem.
Quos amor verus tenuit: tenebit.
Ira cum magnis agitata cauſis.
ℭ Idem Tragędia.vi.
Sed regi frenis nequit: ⁊ ira ardẽtes hoſtis: ⁊ victoris cõmiſſa nocti qcqd indignũ: aut ferũ cuiquã videri potuit: hoc fecit dolor tenebrę: ꝑ qs ſe irruat furor.
ℭ Idem Tragędia ſeptima.
Ira quę tegitur nocet.
ℭ Seneca Tragędia.viij.
Mixtus dolori ſubdit ſtimulos timor. ℭ Ibidem.
Quocũqꝫ me ira: ꝗ dolor: quo ſpes feret: huc ire ꝑgam.
ℭ Ariſtoteles li.iij. ęthicorum.
Ariſto. Iraſci in quibus non oportet. Inſipientis eſt.
ℭ Ariſtoteles ibidem.
Non iraſci in quibus oportet: inſipientis eſt.
ℭ Ariſtoteles lib.ij. Rhętoricorum.
Ad oẽm iram ſequitur delectatio: propter ſpem punien di vñ Homerus dicitqꝫ ira eſt dulcior melle ſtillãte.
ℭ Ariſtoteles ibidem.
Infirmi beliantes cocuntes: amantes ſtriẽtes: ⁊ vniuer ſaliter deſiderantes aliqd: ⁊ nõ aſſequentes: hi de fa cili iraſcuntur. ℭ Ariſtoteles ibidem.
Multum inopinatũ: ſi non ſit validũ: contriſtaſ magis.
ℭ Ariſtoteles ibidem.
Si quis in Philoſophia capit honorari: iraſcitur ei qui eam deſpicit. ℭ Ariſtoteles ibidem.
Manſuetudo eſt quietatio irę.
ℭ Ariſtoteles ibidem.
Obliuio ſignũ eſt paruipenſionis: ⁊ ꝓpea factiua ẽ irę.
ℭ Ariſtoteles lib.ij. Rhętoricorum.
Tempus quietat iram. ℭ Ibidem.
Ira factiua eſt inimicitię: ⁊ odij.
ℭ Ariſtoteles lib.i. Elencorum.
Homines irati ⁊ turbati minus pñt ↄſiderare oõnes.
Plato ℭ Plato li. de repu.
Nihil tam contrarium repu. ꝙ irę commotio: ⁊ impet⁹ furoris in ciuibus.
Laer. ℭ Laertius diog. de vita ⁊ moribus phorũ.
Dioge. Irę dñari: nõ cadere impoſſibilia: nõ feſtinare in via: loquentẽ ñ moueri manũ: legib⁹ obedire: dicebat Chilo.
ℭ Laertius diog. ibidem.
Conſilio maxime dicebat Bias contraria ſunt feſtinã tia ⁊ ira. ℭ Laertius dio. ibidem.
Ignem gladio ne fodias. i. iratum ⁊ tumidũ animũ ver bis maledictis ne laceſſas: dicebat Pythagoras.
ℭ Laertius diog. ibidem.
Iratus filio ipſe te coerce: dicebat Socrates. ℭ Ibidẽ.
Interrogatus Plato ꝑ qd cognoſciſ ſapiens: ait ſapiẽs quum vituperaſ nõ iraſcitur: ⁊ nõ extollitur quũ lau datur. ℭ Laertius diog. ibidem.
Ira immoderata inſaniam gignit: dicebat Epicurus.
Cicero. ℭ M. T. Cicero li. officiorum.
Omnis aũt ⁊ animaduerſio ⁊ caſtigatio contumelia va care debet. Cauendũ eſt etiã ne maior pęna. ꝙ culpa ſit: ⁊ ne iiſdẽ cauſis alij plectanſ: alij ne appellantur quidẽ. ꝓhibenda eſt autem ira maxime in puniendo: Nunquã enim iratus qui acceſſerit ad pęnã medio critatem tenebit: quẽ eſt inter nimium ⁊ parum.
ℭ Cicero ibidem.
Non vero audiendi ſunt q grauiter inimicis iraſcendũ putant: idqꝫ magni animi ⁊ fortis viri eſſe credunt.
ℭ M. T. Cicero lib. de fine bo. ⁊ malo.
Et ſi ſatis clęmens ſum in diſputando: tamen interdũ ſoleo ſubiraſci. ℭ M. T. Cicero lib. iiij. Tuſ. qſt.
Exiſſe ex pñte dicimus: qui effrenati feruntſ: aut libidi ne: aut iracundia: quãqꝫ ipſa iracundia libidinis ẽ pſ ſic enim diffinitur. Iracundia vleiſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex pñte dicuntur: iccirco dicunſ: qi non ſint in pñte mentis: cui regnum totius animi a natu ra tributum eſt. ℭ M. T. Cicero li. Tuſcu. qſt.
Peripatetici multis verbis iracundiã laudant: cotẽ for titudinis eſſe dicũt: multoqꝫ: ⁊ in hoſtẽ: ⁊ improbũ ci uẽ vęhementiores iratoꝝ impetus eſſe. Leuis aũt ira cundia eoꝝ qui ita cogitant: ꝓliũ rectum eſt: hoc fie ri conuenit dimicare pro legibus: pro libertate: ꝑ pa tria: hęc nullã hñt vim niſi ira excanduit fortitudo. Nec vero ⁊ bellatoribus ſolum diſputãt: imperia ſe ueriora eſſe putãt nulla: ſine aliq̃ acerbitate iracũdię. Oratorẽ deniqꝫ in mõ accuſantẽ: ſed ne defenſionem quidẽ probant ſine aculeis iracundię: q̃ ſi etiam non: ſit tamen verbis atqꝫ motu ſimulandã arbitrẽtur: vt auditoris irã oratoris incendat actio: virumqꝫ vide ri negant qui iraſci neſciat. ℭ Ibidem.
An quiſquam põt ſine perturbatione mẽtis iraſci? Be ne igitur noſtri: quũ omnia eſſent in morbis vitiaqꝫ nullũ erat iracundia fędius iracundos ſolos morbo ſos nominauerunt. Oratorem vero iraſci minime de cet: ſimulare non dedecet: An tibi iraſci tum videmur quũ quid in cauſis acrius ⁊ vęhementius dicimus.
ℭ Cicero lib. iiij. Tuſcu. quęſt.
Illud laudaſ Architę. Qui quũ villico fact⁹ eẽt iratior quo te mõ inqt accepiſſem: niſi irat⁹ eẽm? Ubi ſt ergo iſti qui iracundiã vtilem dicunt? Poteſt vtilis eſſe in ſania? aut nãlis eſt? An quicquã eſſe põt ſm naturã: quod ſit repugnãte rõne? Quomodo aũt ſi naturalis eſſet ira: alius alio magis iracũdus eſſet? aut finẽ ha beret: priusquã eẽt vlla vlciſcẽdi libido? aut quẽqꝫ pę niteret: quod feciſſet per irã? Ut Alexandrũ regẽ vi demus: qui quũ interemiſſet Clitum familiarẽ ſuum: vix a ſe manus abſtinuit: tanta vis fuit penitendi.
ℭ M. T. Cicero Rhętoricorum veterũ lib. i.
Nam ab iratis ſi perſpicue pax ⁊ beniuolentia petitur: non modo ea non inuenitur: ſed augetur atqꝫ inflam matur odium. ℭ Saluſtius Catilinarius. Salu.
Quę apud alios iracũdia dicitur: ea imperio ſuperbia atqꝫ crudelitas appellatur. Uale.
ℭ Uale. maxi. li. i. ti. de Neglecta religiõe.
Deorũ ſpreti monitus excandeſcunt: ⁊ humana cõſilia caſtigantur: vbi ſe cęleſtibus pręferunt.
ℭ Ualerius ibidem.
Lento. n. gradu ad vindictã diuina procedit ira: grani tatemqꝫ ſupplicij tarditate compenſat.
ℭ Ualerius maxi. lib. iiij.
Sũpſiſſem a te ſuppliciũ niſi tibi iratus eſſes. ℭ Idẽ.
Malo impunitũ te dimittere: ꝙ ꝑꝑ iram iuſto grauius punire. ℭ Poggi⁹ li. iiij. de vita Cirrinei xenophõte. Poggi.
Ira atqꝫ indignatio nõ ꝑitãt ↄturbato aio: qd iuſtiſſimũ ſit: ↄſulẽdi locũ. ℭ Paul⁹ Oroſi. de Ormeſta li. ij. Paul⁹
Expa ↄſilij furor dolorẽ virtutẽ putat: quorũcũqꝫ me ditaſ: ira tñ promittit audacia. ℭ Idem lib. v.
Conſiderationem furor adimit. Home.
ℭ Homerus in δ Iliados.
διοσ δ᾽ αλεωμεθα μηνιν. i.
Iouis autem fugiamus iram. ℭ Ibidem.
Χαλεπη δε θεου εστι μηνις. i.
Moleſta autem dei ira eſt.
ℭ Idẽ in i Iliados. Uerba Hectoris ad Achille irato.
φραζωμεθα ... μηνι ...
δωροισιν ... Αχιλληι. i.

Conſideremus quomodo ip̄ȝ iratū placātes mitigem⁹.
Donis ſplendidis verbiſq̄ȝ blandis.
¶ Idem in eodem.
συ δ᾽ε μεγα λεγορα θυμον
ισχειν εν στηθεσσι φιλοφροσυνη γαρ αμεινον.i.
Tu vero magnam iram
Contine in pectoribus. Humanitas enim melior.
¶ Phocylides:
Phocylides. μη φορεις τιν ες χειρα χαλινου
δ᾽αγριον οργην
πολλακι γαρ πληξας αεκων φονον εξετελεσσας.i.
Ne ſis promptus ad manum: ſed frena agreſtem iram.
Sepe enim quū percuſſeris, inuitus cedem patraſti.
¶ Idem.
θυμος υπερχομενος μανιν κολοφρονα τευχει.i.
Ira animum ſubiens inſaniam pernicioſam gignit.
Menā. ¶ Menander.
ανθρωπος ων γιγνωσκε της οργης κρατειν.i.
Homo exiſtens diſce ire imperare. ¶ Idem.
βλαπτει τον ανδρα θυμος εις οργην πεσων.i.
Ledit virum animus in iram cadens. ¶ ¶ Idem.
ζησεις βιον κρατιστον αν θυμου κρατης.i.
Viues vitam optimam: ſi ire imperaueris. ¶ Idem.
οργη δ᾽ε πολλα δραν αναγκαζει κακα.i.
Ira autem multa facere cogit mala. ¶ Idem.
ουδεις μετ οργης ασφαλως βουλευεται.i.
Nullus cum ira tuto deliberat. ¶ Idem.
οργη φιλουντων μικρον ισχυει χρονον.i.
Ira amantium paruum durat tempus. ¶ Idem.
φευγειν αει δει δεσποτας θυμου μενους.i.
Fugere ſemper oportet dominos iratos.
¶ Plautus in curculione.
Plau. Noli amabo verberare lapidem: ne perdas manum.
¶ Plautus in pſeudulo.
Cauendum eſt ab hoſte irato.
¶ Terentius in andria.
Amantium ire amoris reintegratio eſt.
¶ Idem in ecyra comedia.vj.
Non maximas q̄ maxime ſunt interdū ire inimicitias faciūt. ¶ Terentius ibidē.
Teren. Pueri inter ſe quam primum leuibus noxijs iras gerunt. ¶ Uirg. eneidos li.ij.
Uirg. Furor iraq̄ȝ mentem
Precipitant. ¶ Uirgi. eneidos.li.vij.
Rimanti telum ira facit.
¶ Ouidius metamo.li.viij.fab.iiij.
Ouidi⁹ Tangit et ira deos. ¶ ¶ Idem libro.i.
amorum vel de ſine titulo elegia.ij.
Quaſlibet infirmas adiuuat ira manus.
¶ Ouidius elegia ſeptima.
Sed nunq̄ȝ dederis ſpacioſum tēpus in iram.
Sepe ſimultates ira morata facit.
¶ Ouidius libro.iij. de arte amandi.
Candida par homini: trux decet ira feras.
Ora tumēt ira: nigreſcunt ſanguine vene.
Lumina gorgoneo ſeuius angue micant.
¶ Ouidius epi. hyſiphiles ad Jaſonē.
Quelibet iratis ipſe dat arma dolor.
¶ Idē primo libro de remedio amoris.
Dum furor in curſu eſt currenti cede furori
Difficiles aditus impetus omnis habet.
¶ Ouidius epiſtola medee ad Jaſonē.
Sed quid predicere penam.
Attinet: ingentes parturit ira minas.
¶ Properti⁹ libro primo elegia prima.
Prop. Fortiter et ferrum ſeuos patiemur et ignes.
Sit modo libertas que velit ira loqui.
¶ Propertius libro.iij.elegia. xiiij.
Neſcit veſtra ruens ira conferre pedem.

¶ Horatius carminū li.i. Ode.xvj. Hora.
Compeſcere mentem: me quoq̄ȝ pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor: in celeres iambos
Miſit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quero triſtia
¶ Horatius ſermonū li.ij. ſatyra.iij.
Stultitia ne erret nihilum diſtabit an ira
Aiax: immeritos dum occidit.
¶ Idē epiſtolarū lib.i. epiſtola.ij.
Irā breuis furor ē. Animū rege qui niſi paret
Imperat: hunc frenis: hunc tu compeſce cathena.
¶ Homerus Iliados.viij.
Procul hinc procul ira recedat. Home.
Que turbat ſapientem hominem.
¶ Claudianus Alloquens Theodoſium.
Si duceris ira. Clau.
Seruitij pateris iugum: Tolerabilis iniquas
Interius leges.
¶ Iuuenalis Satyra.vj. de ira mulierum. Iuue.
Quotiens facit ira nocentes
Hūc ſerū: et rabie iecur incēdēte ferunt Precipites
vt ſaxa iugis abrupta.
¶ Idem Satyra.viij.
Pone ire frena modumq̄ȝ. Dāte.
¶ Dantes Purgatorij.xvij.
Sentimi quaſi preſſo vn mouer dalla.
Auentarmi nel viſo: et dir beati
Pacifici che ſon ſenza ira mala.
¶ Frāciſcus petrarcha Soneto.clxxxvj.
Vincitor Alexandro lira vinſe
Et fel minor in parte che philippo.
Ira e breue furor: et chi nol frena.
E furor longo: chel ſuo poſſeſſore
Speſſo ad vergogna: et talhora morte il mena.

IRis greca dictio ιρις.ιδος.η. Et ē refractio viſus a nube rotūda ad ſolē ſm Ariſt.li.iij. metheororum.

IRonia greca dictio ειρωνεια.ας.η. et eſt vitiū quo quis aſſerit minora de ſe q̄ȝ credat. Ideo ſemper eſt peccatum. Tamen leuius: vt plurimum: q̄ȝ iactantia. ex btō Thoma ſecūda ſecūde. q.cx.ar.ij.

IRregularitas grece ανκανονικια.ας.η. et αγαθμητος.ου.ο. Irregularis dr̄. Eſt aūt irregularitas impedimentū: repulſio executionis diuini officij: ſeu ſacramenti ex canonica conſtitutione proueniens.

IRreligioſitas grece αγευσ....ας.η. dr̄. Eſt aūt irreligioſitas: que hȝ manifeſtam contrarietatem ad religionem per contemptum: et reuerentiam dei vel rei ſacre ex beato Thoma ſecunda ſecūde.q.xcij.prin.

IRriſio grece εμπαιγμα.ατος.τό. dicitur. Irriſio autem: et ſubſanatio conueniunt in fine: ſed differunt in modo: quia prima fit naſo rugato: ſecunda vero fit ore idest in verbis et cachinnis: ex beato Thoma ſecunda ſecunde queſtione. lxxv. articulo primo.

ITER Salutis et perditionis: quo vel in celum vel ad inferos itur.

¶ Matthe⁹ cap.vij. Mat.
Intrate per anguſtam portam: quia lata porta et ſpacioſa via eſt que ducit ad perditionē et multi ſunt qui intrant p eā: q̄ȝ anguſta porta et arta via eſt que ducit ad vitā: et pauci ſunt q inueniūt eā.
¶ Lactā. Fir. diuinaꝝ inſtitutionū li.vi.c.iij. Lactā.
Due ſunt vie p quas humanā vitā pgredi neceſſe eſt. ſcȝ vna que in celū ferat: altera que ad inferos deprimat q̄s et poete in carminib⁹ et philoſophi in diſputationib⁹ ſuis induxerūt. Et qdē alterā vtutū eē voluerūt alterā vitioꝝ eāq̄ȝ q̄ ſit aſſignata vtutib⁹ pmo aditu eē arduā: et cōfragoſaȝ. In qua ſi quis difficultate ſuperata in ſummū eius euaſerit: habere deū de cetero planū

iter amenumq; campum ⁊ ocīo laborum ſuorū capere
fruct⁹ vberes atq; iucūdos. Quos aūt ꝑmi aditus
difficultas deterruerit: eos in eā viciorꝫ viā labi: atq;
deflectere. Que primo ingreſſu ſit q̄ſi amena: multoq;
triſtior. Deinde quū in eā paulo vlterius ꝓceſſerint: i
amenitatis ei⁹ ſpēꝫ repēte ſubduci. Exoriri aūt viam
ꝑcipitē: nūc ſaxis aſperā: nūc obductā ſentib⁹: i nunc
gurgitib⁹ interciſaꝫ. vel torrētib⁹ lapideā: vt laborarẽ
horrere: labi cadere ſit neceſſe. Que oīa eo ꝓferūt: vt
appareat in virtutib⁹ capiēdis labores eſſe maximos: i
in ꝑceptis ac maximos fruct⁹: ⁊ ſolidas atq; incorru
ptas voluptates. Uicia vō q̄b⁹ delimētis nālib⁹ allicere
animos hoīum: ⁊ inanium iucūditatū ſpē captos ad
acerbas amaritudies miſeriaſq; ꝑducerẽ. ¶ Lact. ibi.

Omnis ergo hec d̄ duab⁹ vijs diſputatio ad frugalita
tē ac luxuriā ſpectat. Dicūt. n. humane vite curſū. Y.
lr̄e ſimilē: q̄ꝫ vnuſq̄ſq; hoīuꝫ: quū primū adoleſcētie
limē attigerit: ⁊ i eū locū venerit: vbi ſe ptes via ſcin
dit in ambas hereat nutabūdus: ac neſciat in quā ſe
ptē poti⁹ inclinet. Si ducē nact⁹ fuerit q dirigat ad
meliora i ꝓbātē: hoc ē aut philoſophiā didicerit: aut
eloquētiā: aut aliqd honeſte artis: quo euadat ad bo
nā frugē. Quod fieri ſine labore maximo nō pōt: hone
ſtā ac copioſam vitā diſputāt peracturū. Si vō docto
rē frugalitatis non inuenerit ad ſiniſtrā viā que me
liorē ſpēꝫ mētiatẽ incederẽ. i. deſidie: luxurie: inertieq;
ſe tradere: q ſuauia quidē videtur ad tps vā bōa igno
rāti. Poſt aūt amiſſa oi dignitate: ac re familiari i oi
b⁹ miſerijs victurū. ¶ Lactantius ibidem.

Nos igiẽ melius ⁊ veri⁹ q; duas iſtas vias celi ⁊ īferoꝝ
eſſe dicim⁹: q; iuſtis īmortalitas: iniuſtis pena eterna ꝓ
poſita eſt. ¶ Lactantius ibidem.

Nos aūt ois ſex⁹ ⁊ gētis: ⁊ etatis in hoc celeſte iter idu
cimus: q; deus q eius vie dux ē īmortalitatē nulli ho
mini nato negat. Forma quoq; viaꝝ ipſarū nō ita eſt:
vt illi putauerūt. Quid enim opus eſt. Y. in reb⁹ ꝯtra
rijs atq; diuerſis: ſꝫ altera illa melior cōuerſa ē ad
ſolis ortum. Altera illa deterior ad occaſum: quoniaꝫ
q veritatē ac iuſticiā ſeqẽ: is accepto īmortalitatis ꝑ
mio luce potietur. Qui autē ab illo malo duce illect⁹
pretulerit vicia virtutib⁹: mēdaciū veritati: i neceſſe
eſt ad eo caſum ⁊ tenebras deferatur.

¶ Lactantius fir. li. vj. cap. iiij.

Una eſt igiẽ virt⁹ ac bonoꝝ via: q̄ fert nō i elyſios cāpos
(vt poete loquūẽ). Sꝫ ad ipſā mūdi arcē. At leua ma
lorū exercet penas. ⁊ ad impia tartara mittit. Eſt eni
criminatoris illi⁹ q prauis religionib⁹ inſtitutis auer
tit homines ab itinere celeſti: ⁊ in viā ꝑditionis indu
cit cui⁹ vie ſpecies ⁊ figura ſic eſt cōpoſita in aſpectu:
vt plena ⁊ potēs omni genere floꝝ atq; fructuum de
lectabilis videaẽ. In ea. n. poſuit deus omnia q̄ pro
bonis habētur in terra: opulētiam dico: honorē qetē
voluptatē illecebras oēs: ſꝫ cū his pariter: iuſticiā in
credulitatē ſupbiā ꝑfidiā: i libidinē cupiditatē: diſcor
diā ignorātiā: mēdacium: ſtulticiā ceteraq; vicia. Exi
tus autem talis eſt vie: quum ventuꝫ fuerit ad extre
mū: vnde iā regredi non licet quum omni ſua pulchri
tudine tam ⁊ ſubito preciditur: vt non ante quis frau
dē proſpicere poſſit: q̄ꝫ precipitatus in altitudineꝫ
ꝓfundū cadat. Quiſq̄s. n. ꝑſentiū bonoꝝ ſpecie ca
ptus: ⁊ in his conſequendis ⁊ fruendis occupatus:
non preuiderit ea que poſt mortem ſecutura ſunt: i ſe
q; a deo auerterit: Is vero q ad inferos deiect⁹ i eter
naꝫ damnabitur penā. Uia ergo illa celeſtis difficilis
⁊ cliuoſa propoſita eſt: vel ſpinis horrentibus aſpera
vl' ſaxis extātibus ipedita: vt cū ſūmo labore ac pedū
tritu. Cūq; magna cadēdi ſollicitudine ſit cuiq; gradi
endum. In hac poſuit iuſticiā: tēperantiā: paciētiā: fi
dem caſtitatē: abſtinētiā: ꝯcordiam: ſciētiam verita
tē ſapiētiā: ceteraſq; v̄tutes. Sꝫ ſimul cū his paupta
tē: ignorātiā: laborē: dolorē: amaritudies oēs. Quiſq̄s
enim ſpem ſuā porrexerit longius. Et maiora maluerit:
carebit his terre bonis: vt expeditus ac leuis difficul
tatē vie ſuperet. Nec. n. pōt qui ſe apparatu regio cir
cūdederit: aut diuitijs ornauerit: anguſtias illas vl' in
gredi vel tenere. Unde intelligiẽ iccirco malis ⁊ iniu
ſtis facilius ꝓuenire q̄ cupiūt: q; prona ⁊ decliuis eſt
coꝝ via. Bonis aūt q optent: difficile ꝓcedere: q; dif
ficili ⁊ arduo itinere gradiunẽ. Iuſtus ergo qm̄ durā
aſperūq; iter ingreſſus ē: cōtēptui: deriſui: odio ſit ne
ceſſe ē. Oēs. n. quos cupiditas: aut voluptas precipi
tes trahit: inuidēt ei: q v̄tutē cape potuit: ⁊ iniq; ferūt
id hr̄e aliquē: qđ ipſi nō hūt. Erit itaq; paup humilis
ignobilis ſubiectus iniurie: ⁊ tn̄ omnia q̄ amara ſunt
ꝑferens. Et ſi ſapiētiā iugē ad ſummū illū gradū ſinē
q; ꝑduxerit dabiẽ ei corona virtutis: ⁊ a deo pro labo
ribus quos in vita pp̄ iuſticiā pertulit: i immortalitate
donabitur. ¶ Ibidem.

Hec ſunt vie quas deus humane vite aſſignauit: in quib⁹
ſingulis ⁊ bona oſtēdit: ⁊ mala: ſed ordine ꝑpoſtero at
q; cōuerſo. In vna. n. mōſtrauit tēporalia primo mala
cū eternis bonis: qui eſt ordo melior. In altera tpalia
primo bona cū eternis malis: qui ē ordo deterior: vt q
cūq; pn̄tia mala cū iuſticia elegerit maiora ⁊ certiora
bona ꝯſequaẽ: q̄ꝫ fuerint illa q̄ ſpnit. Quiſq̄s aūt ꝑſen
tia bona ꝑpoſuerit iuſticie: in maiora ⁊ lōgiora incidet
mala: q̄ꝫ fuerit illa q̄ fugit. Hec. n. vita tpalis: q; bre
uis eſt iccirco ⁊ bona eius: ⁊ mala breuia ſint neceſſe ē
eſt. Illa vero ſpūalis q̄ huic terrene ꝯtraria ē: q; ſem
piterna eſt. Iccirco ⁊ bona ei⁹ ⁊ mala ſempiterna ſūt.
Ita fit vt ⁊ bonis breuib⁹ mala eterna: ⁊ malis breui
bus bona eterna ſuccedāt. Itaq; quū ſimul propoſita
ſint homini bona ⁊ mala ꝯſiderare vnūquēq; ſecū de
cet: q̄ꝫto ſatius ſit ꝓ ꝑpetuis bōis mala breuia pēſare
q̄ꝫ ꝓ breuib⁹ ⁊ caducis bonis mala ꝑpetua ſuſtinere.
Nā ſicut in hoc ſeculo quū ē ꝓpoſitū cuꝫ hoſte certa
men pri⁹ laborādū ē: vt ſis poſtmodū in ocio: eſuriēdū
ſitiēdū: eſtus frigora ꝑferēda humi qeſcēdū vigilādū
ꝑiclitādū ē: vt ſaluis pignorib⁹ ⁊ domo ⁊ re familiari
⁊ oib⁹ pacis ac victorie bonis ꝑfrui poſſis. Sin aūt ꝑ
ſens ociū malueris q̄ꝫ laborē malū tibi maximū faci
as neceſſe ē. Preoccupabat. n. aduerſari⁹ nō reſiſtētē.
Uaſtabūẽ agri: diripiẽ dom⁹ in ꝑdā vxor ac liberi ve
niēt. Ipe interficeẽ ac rapieẽ. Que oia ne accidāt pn̄s
cōmodū differēdū eſt vt maius longiuſq; rapiatur.

¶ Lactanti⁹ Fir. lib. vj. cap. iiij.

Hec aūt via que eſt v̄itatis: ⁊ ſapientie: ⁊ v̄tutis ⁊ iuſtitie
quoꝝ oium fons vnus ē: vna vis: vna ſedes: ⁊ ſimplex
eſt q; paribus animis ſūmaq; cōcordia vnū ſeq̄mur
⁊ colamus deū ⁊ anguſta: qm̄ paucioribus virtus da
ta ē ⁊ ardua: qm̄ ad bonū qđ ſummū ⁊ ſublime eſt: niſi
cū ſumma difficultate ⁊ labore nō pōt perueniri.

¶ Lactā. Fir. li. vi. cap. viij.

Hec ē via quā phi q̄rūt: ſed iō nō inueniūt: q; i terra po
ti⁹: vbi apparere nō pōt: q̄rūt. Errāt ergo velut in ma
ri magno: nec quo feranẽ itelligūt: q; nec viā cernūt
nec ducē ſequunẽ vnū. Eadē naq; rōe hāc vite viā q̄ri
opꝫ. Qua in alto iter nauib⁹ q̄riẽ: que niſi aliqđ ce
li lumē obſeruēt: in certis curſib⁹ vaganẽ. Quiſq̄s aūt
rectū iter vite tenere nitiẽ: nō terrā deꝫ aſpicere: ſꝫ ce
lū: ⁊ vt apertius loquar: nō hominē ſequi debet: ſꝫ de
um: non his terreſtrib⁹ ſimulachris: i ſed deo ſeruire
celeſti non ad corpus inferri omnia ſed ad mentē: non
huic vite dare operam: ſed eterne. Itaq; ſi oculos in
celum ſemper intendas: ⁊ ſolem qua oritur obſerues
eumq; habeas vite quaſi nauigij ducem: ſua ſponte
in viam pedes dirigentur: et illud celeſte lumen: quod
ſanis mentibus multo clarius ſole eſt: q̄ꝫ hic quem

in carne mortali videmꝰ:ſic reget:ſic gubnabit. vt ad ſūmū ſapiētię virtutiſq; portū ſine vllo errorē pducat. Suſcipiēda igiť dei lex ē q̄ nos ad h iter dirigat:illa ſanctaſilla cęleſtis: quā Marcꝰ tuliꝰ libro ď republi. tertio pene diuina voce depinxit:cuiꝰ egoue plura di cerē vba ſubieci. Eſt qdē lex:recta rō naturę ɔgruēs diffuſa in oēs cōſtans: ſempiterna:quę vocet ad offm̄ iubēdo vetādo a fraude deterreat:q̄ tum neq; impro bos fruſtra iubet:aut vetat: nec iprobos iubendo: aut

Cypria. vetādo monet. ¶ Cypria. i epl'a ď maligni:demonis:
Lata ⁊ ſpacioſa itinera vię letalis illic illecebrę: ⁊ morti ferę voluptates:illic diabolus blādiť: vt fallat arri det:vt noceat:alliciat vt occidat.

Virg. ¶ Virgilius in paruo tractatu de.y.littera.

Littera Pythagorę diſcrimine ſecta bicorni
Humanę vite ſpeciem pręferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert:
Sed requię prebet feſſis in vertice ſummo.
Molle oſtentat iter via lata:ſed vltima meta
Percipitat captos:voluitq; per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit:ille ſibi laudemq; decuſq; parabit.
At qui deſidiam luxumq; ſequetur inertem.
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores:
Turpis inopſq; ſimul miſerabile tranſiget æuum.

Dā.flo. ¶ Dantes Florentinꝰ Purgatorij.Cātica.ca.iiij.

Queſta montagna e tale.
Che ſempre al caminar di ſotto e graue
Et quanto hom piu va ſu e men fa male.
Pero quandella ti para ſoaue
Tanto che ſu andar te ſia legiero.
Come a ſecunda in giuſo andar per naue
Allor ſarai al fin deſto ſentiero.
Quiui di riposar laffanno aſpetta.

¶ Dantes Paradiſi Cantica cap̄.v.

Siati chriſtiani a mouerui piu graui.
Non ſiati come penna ad ogni vento:
E non credtate chognaqua vi laui:
Hauete il nouo el vegbio teſtamento
El paſtor de la gieſa:che vi guida.
Queſto vi baſti al voſtro ſaluamento.
Se mala cupidiggia altro vi grida
Homini non ſiate e non pecore matte:
Si chel giudeo de voi tra voi non rida:
Non ſate coma gnel chi laſcia il late
De la ſoa madre ſemplice e laſciuo
Seco medeſmo a ſuo placer combatte.

Iubilatio gręce ι αλαλαγμος. ου.ο. τα αλαλαζω.iu bilo dicitur. Eſt autem iubilatio declaratio quędam ⁊ illuſtratio gaudij ɔcepti. Eadē iubilū dici pt. Sane iubilaŕ dŕ a iubaŕ. Iubar.n. pprie dŕ:lucifer dŕq; iu bas lucis effundat. Sūt ēt iube crines a collo aialiū pēdētes:nulle iubatos leones dicimꝰ:q iubas hñt ad dŕiā ñ hñtiū iubas. Hac ēt metaphora ñ mō ad ſolē:ſ; ēt ad hoiēs vtimur. Claudianꝰ. Per ſrīs regale iubar. Iubilare aliq a iuuādo ďduci volūt:q̄ſi ad iucūditatē oñdere. Iuuare.n. ďlectaŕ ē:vñ ⁊ iucūditas. Alij vero dicūt iubilare dici a ſono ipſo vocis. Ita.n. dictū eſt iubilo:vt ouo a vocibus gbꝰ leti: ac triūphātes vti ſo lemus. Iubileus eſt letitia imēſa:q̄ vbis exp̄mi nō pt ſ; voce daŕ intelligi:ſm b.Tho. ſup.p̄s.xxxij col.ij.

Iucūditas grę.χρηστοτης.ητος.ι.⁊ χρηστος.ου.ο. iucūdus dŕ. Eſt aūt iucunditas gaudium ad exte riora adeo prorumpens:vt alios excitet ad gaudendū b.Tho.iiij.ſen.di.xlix.q.iij.ar.i.venitq; a iuuo:vt iu bilatio ſupra dictū eſt.

Iudeus cōiter eſt qcūq; legē moſaicam ad litteraʒ tę:dicūturq; iudei a noie pncipalis tribꝰ.ſ.iudę q ēt primo hebrei dicebanť ab heber:cuius familia cul tum dei tenuit: cęteris idololatria ſędatis. Dicuntur pręterea recutiti propter circuncisionem.

IVDEX grę. κριτης.ου.ο. ⁊ κρινω.iudico dŕ. Venitq; a iudico quaſi ius dico: ⁊ iudicat io quę eſt iuſti iudiciū ſm Ariſt.li.i.polyticoꝝ. hic ēt iudiciū q ē actꝰ iudicis inq̄tū iudex.i. inq̄tū eſt iuſdicens. Ideo eſt actus iuſtitię.i. executio iuſtitię:ſm.b.Tho.ſcda ſcďę.q.lx.ar.i.

¶ Exodi cap̄.xxiij.

Nō ſequaris turbā ad faciēdum malū. Neq; in iudicio plurimoꝝ acquieſces ſententię:vt a vero deuies:pau peris quoq; non miſereberis in iudicio.

¶ Exodi cap̄.xxiij. Erod.

Non declinabis in iudicium pauperis. ¶ Ibidem.
Inſontē ⁊ iuſtū nō occides:qr aduerſor impium. Nec ac cipies munera:quę ēt excęcāt prudētes: ⁊ ſubuertunt verba iuſtorū. ¶ Leuitici cap.xix. Leuitici
Nō facies qď iniquū eſt:nec iniuſte iudicabis. Non con ſideres pſonā pauperis:nec honores vultum potētis: Iuſte iudica proximo tuo. ¶ Ibidem.
Noli facere iniquum aliquod in iudicio.ſ.iu pondere:in numero: ⁊ menſura.

¶ Deuteronomij cap.i. Deute.

Audite illos: ⁊ qď iuſtū eſt iudicate:ſiue ciuis ſit ille:ſiue peregrinus nulla erit diſtātia pſonaꝝ. Ita paruū au dietis:vt magnū:nec accipietis cuiuſq̄ pſonā:qr dei iu dicium eſt. ¶ Ibidem cap̄.xvi.
Iudices ⁊ magiſtros cōſtitues in oībꝰ portis tuis: q̄s do minus deus tuus dederit tibi p ſingulas tribꝰ tuas: vt vindicēt populū iudicio: ne in alterā ptē declinēt. Nō accipies pſonā:nec munera: qr munera excęcant oculos ſapientium: ⁊ mutant verba iuſtorū. Iuſte qď iuſtum eſt perſequeris:vt viuas ⁊ poſſideas terrā: q̄ dominus deus dederit tibi.

¶ Deuteronomij cap̄.xxiiij.

Nō occidēť prēs p filijs:nec filij p prībꝰ. Sʒ vnuſqſq; pro peccato moriť. Non puertes iudicium aduenę ⁊ pupilli:nec auferes p ignoris loco viduę veſtimētum.

¶ Deuteronomij cap.xxvij.

Maledictus q peruerterit iudiciū aduenę pupilli: ⁊ vidue: dicet omnis populus amen. ¶ Ibidem.
Maledictus qui accipit munera vt percutiat animā ſan guinis innocentis: ⁊ dicet omnis populus amen.

¶ Regum quarti cap̄.xiiij. Regum

Non morientur patres pro filijs:nec filij pro patribus: ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur.

¶ Paralipomenō li.ij.cap.xix. Parali.

Nō.n.hois exercebitis iudiciū:ſʒ dñi: ⁊ qđcūq; iudica ueritis in vos redūdabit:ſit timor dñi vobiſcū: ⁊ cum diligētia cūcta facite. Nō ē.n.apud dñm deū nr̄ʒ ini quitas:nec perſonarum acceptio:nec cupido munerꝝ.

¶ Ibidem.c.xxiiii.

Nō occidentur patres pro filijs:nec filij pro patribus: ſʒ vnuſqſq; morieť in peccato ſuo. ¶ Dauid p̄s.ij. Dauid
Et nūc reges itelligite:erudimini q iudicatis terrā. Ser uite dño i timoŕ: ⁊ exl'tate ei cū tremoŕ. App̄hēdite di ſciplinā:neq̄n iraſcať dñs. ⁊ peatis ď via iuſta.p̄s.lvij.
Si vere vtiq; iuſtitiam loquimini:recte iudicate filij ho minum. ¶ p̄s.lxxxi.
Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ. In medio autem deos di iudicat. Vſq; quo iudicatis iniquitatē? ⁊ facies pec catorum ſumitis. Iudicate egeno pupillo humilem ⁊ pauperē iuſtificate. Eripite pauperē: ⁊ egenū ď manu peccatoris liberate. ¶ Prouerbioꝝ.iiii. Prouer.
Oculi tui recta videant. ¶ Ibidē cap̄.xvij.
Qui enim iuſtificat impium: ⁊ condemnat iuſtuʒ vterq; abbominabilis apud deum.

¶ Ibidem.

Munera de ſinu ipi⁹ accipit:vt pūertat ſemitas Judicij.
C Prouerbiorum cap.xvij.
Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum : vt declines a veritate Judicij. C Prouerbiorum.xxiiij.
Cognoſcere pſonā i iudicio nō ē bonū:q dicūt ipio iuſt⁹ es maledicēt eis populi:ɀ deteſtabunẜ eos tribus.
C Prouerbiorum cap.xxviij.
Qui cognoſcit in iudicio faciē nō bn̄ facit. Iſte ɀ pro bu-
Eccle. cella panis deſerit veritatē. C Eccleſiaſtes c.viij.
Eteni qr nō pferẜ cito ɔ̄ malos ſnia: abſq̄ timere vllo ſi-
Sapiē. lij hominū ppetrant mala. C Sapientia cap.i.
Diligite iuſticiā:q iudicatis terrā. C Ibidē.c.vi.
Audite ḡ reges terre:ɀ itelligite:diſcite iudices finiū terre pbete aures vos:q cōtinetis multitudines:ɀ placetis vobis in turbis natonū.qm̄ data ē a dn̄o ptās vobis:ɀ virt⁹ ab altiſſimo:q interrogabit opa vr̄a ɀ cogitatiōes ſcrutabit:qm̄ quū eſſetis miniſtri regni illi⁹ nō recte iudicaſtis:nec cuſtodiſtis legē Juſtitie:neq̄ ſm voluntatē dei ambulaſtis. C Sapientia.xxxiij.
Eccſia. Cū tranquillitate iudica. C Eccleſiaſtici cap.iiij.
In iudicādo eſto pupillis miſericors:vt pr̄:ɀ p viro matri illorū:ɀ eris tu velut fili⁹ altiſſimi obediēs: ɀ miſerebiẜ tui magis q̄ mater. C Eccleſiaſtici cap.vij.
Noli q̄rere fieri iudex:niſi valeas virtute irrūpere iniquitates:ne forte extimeſcas faciē potētis:ɀ ponas ſcandalū in agilitate tua. C Eccleſiaſtici cap.xx.
Iſaias Xenia ɀ dona excecāt oculos iudicū:ɀ quaſi mut⁹ in ore auertit correctiones eorum. C Iſaias cap.i.
Oēs diligūt munera:ſequūẜ retributiōes: pupillo n̄ iudicāt:ɀ cā vidue n̄ igrediẜ ad illos. C Iſaias cap.v.
Veh q dicitis malū bonū:ponētes tenebras lucē:ɀ lucē tenebras:ponētes amarū in dulce ɀ dulce in amarum.
C Ibidem.
Veh q iuſtificatis impiū p muneribus:ɀ iuſtitiā iuſti auferitis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulā ɀ lingua ignis:ɀ calor flāme exurit:ſic radix eorū:q̄ſi fauilla erit ɀ germē eorū vt puluis aſcēdeẜ. C Iſaias cap.x.
Veh q cōdūt leges iniquas:ɀ ſcribētes iniuſticiā ſcripſerūt:vt opprimerēt pauperes in iudicio: ɀ vim facerēt cauſe humiliū populi vi eēnt vidue pda eorum. ɀ pupillos diriperēt. C Iſaias cap.lviiij.
Cōuerſum ē retrorſum iudiciū:ɀ iuſtitia lōge ſtetit:qr corruit in plateis veritas:ɀ equitas nō potuit ingredi.
C Hieremias cap.v.
Hiere. Cauſam vidue nō iudicauerūt:cām pupilli n̄ direxerūt ɀ iudiciū pauperū nō iudicauerūt: Nūqd ſup his nō viſitabo: dicit dn̄s:aut ſuper gentem huiuſcemodi nō vlciſcetur anima mea. C Idem cap.xxij.
Hec dicit dn̄s:facite iudiciū ɀ iuſtitiā:ɀ liberate vi oppreſſum d̄ manu calūniatoris:ɀ aduenā ɀ pupillum ɀ viduam nolite contraſtare: neq̄ opprimatis inique:
Lucas ɀ ſanguinē inocētē ne effūdatẜ in loco iſto. C Lu.c.xi.
Ieſus ait. Et vobis legiſperitis veh quia oneratis homines oneribus que portare non pn̄t. ɀ ipſi vno digito vr̄o
Jacobi non tangitis ſarcinas. C Jacobi.i.
Ira enim viri iuſticiam dei non operatur.
Aug. C Aug.li.d̄ v̄a religione.ɀ hr̄ di.iiij. in iſtis.
In iſtis tēporalib⁹ legib⁹ quāq̄ d̄ his homies iudicēt quū eas inſtituūt:tn̄ quū fuerint iſtitute:ɀ firmate:nō licebit iudici de ipſis iudicare:ſed ſm ipſas.
C Aug li.de pn̄i.ɀ hr̄.xi.q.iij.Quāuis.
Quāuis v̄a ſint q̄dā:tn̄ iudici nō ſunt credēda:niſi certis indicijs demonſtrentur.
C Aug.ad macedoniū:ɀ hr̄.xiiij.q.v. Nō ſane.
Nō ideo dz iudex vēdere iuſtū iudiciū:aut teſtis teſtimoniū verū:q: vēdit aduocat⁹ iuſtū patrociniū iuriſperit⁹ verū ɔſiliū. Illi.n.inter vtrāq̄ partē ad examē adhibēẜ:iſti ex vna pte ɔſiſtūt. Quū aūt iudicia teſtimoniaq̄ nec iuſta.nec v̄a ſunt vendēda:iniqua ɀ falſa vēduntur: multo ſceleratius vtiq̄ pecunia ſumitur : qr ſcelerate etiam q̄uis a volentibus datur.
C Aug.ɔ̄ macedoniū.
Iuſti eſt intercedere recta intētiōe. Judicis aūt ē iudicare iuſto ordine: Modus rogādi iudicē ē vt faciat qd̄ ſalua fide facere poteſt. C Hieronymus ſup epiſto- Hiero.
lam ad Galathas:ɀ hr̄.xxiij.q.v. iudex.
Iudex nō eſt author ſceleris homines vincēdo.
C Hieronymus ſuper hieremiā ɀ habeẜ ibi.
Homicidas:ſacrilegos:ɀ fenerarios:punire nō effuſio ſā-
guinis eſt. C Ambroſius ſuper beati immacula- Ambr.
ti:ɀ hr̄.iij.q.vij.iudicet.
Iudicet ille de alterius errore:q nō hz in ſeipſo qd̄ cōdēnet:iudicet q nō agit eadē q̄ in alio putauerit puniēda: ne quum de alio iudicat in ſe ferat ſnias. Judicet ille:qui ad pronunciandum nullo odio:nulla offenſione:nulla leuitate ducatur. C Ibidem.
Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit. ɀ pposito domeſtice volūtatis:ſz iuxta leges:ɀ iura pnūciat ſtatutis iuris obtēperat:nō idulget ppie volūtati: nihil pparatū ɀ meditatū d̄ domo dfert:ſz ſicut audit:ita iudicat ɀ ſicut ſe hz nā decernit:obſeqẜ legibus:nō aduerſaẜ examinat cāe merita:nō mutat. Diſcite iudices ſeculi quē in iudicādo tenere debeatis affectū: quā ſocietatem: quā ſobrietatē:quā ſynceritatē. C Ibidem.
Qui iudicat voluntati ſue obtemperare non oportet:ſed tenere quod legum eſt. C Ibidē.
In iudicando cordi magis eſt cuſtodia veritatis : q̄ obedientia voluntatis.
C Ambroſius libro de officijs.
In iudicio gratia abſit:cauſe merita decernantur.
C Gregorius:ɀ habetur.ij.q.iij.Qui recte. Grego.
Qui recte iudicat:ɀ pmiū remunerationis expectat fraudē in deū ppetrat:q: iuſtitiā quā gratis impartiri debuit acceptiōe pecunie vēdidit: Bonis male vtunẜ q pro tpali lucro iuſte iudicāt. Tales qppe ad veritatē nō iuſtitie defenſio:ſed amor pmij puocat. qb⁹ ſi ſpes nūmi ſubtrahiẜ:ɔfeſtim a iuſtitie ɔteſſione recedunt. Acceptio nūmorū pūaricatio veritatis ē vn̄ ɀ p iuſto dr̄. Qui excutit manus ſuas ab omni munere:iſte in excelſis habitabit. C Gregorius mor.xix.
Maiora crimina credenda nō ſunt mox:quū audiuntur: ſūt tn̄ citi⁹ punienda: quum veraciter cognoſcuntur.
C Greg.mor.xix,ſup illud. Iob.xxix. Cām quā neſciebā diligentiſſime inueſtigabam.
Ad proferēdā ſniā nunq̄ pcipites eſſe debemus:ne indiſcuſſa temere iudicem⁹:nec q̄libet mala audita nos moueant:ne paſſim ſine probatione credamus.
C Grego.homelia.xxvi.
Plerūq̄ cōtingit:vt iudicis locū teneat:cui⁹ ad locū vita minime cōcordat:ac ſepe agiẜ:vt vel immeritos dānet:vel aliquos ipſe ligatus ſoluat. Sepe in ſoluēdis ac ligandis ſubditis:ſue voluntatis motus non autem cauſarum merita ſequitur: vnde fit vt ipſe ligandi aut ſoluendi poteſtate ſe priuet.
C Gregorius in mor.
Iudicare digne de ſubditis nequeūt:q in ſubditorum cauſis non merita:ſed odium vel gratiam ſequuntur.
C Iſidorus:ɀ hr̄ di.xxix. Sciendum. Iſidor⁹
Sciendū ē q pleraq̄ capitula:ex cā: ex perſona:ex loco : ex tēpore:cōſiderāda ſunt. quorū modi : qr medullitus nō indagantur:in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguuntur:quum ante iudicant : q̄ intelligant:ante inculpant:q̄ iterando lecta perquirant.
C Iſidorus de ſummo bono lib.iij. cap.lviij.
Quattuor mōis humanū puertiẜ iudiciū: timore: cupiditate:odio:amore. Timore:dū metu poteſtatis alicui⁹ veritatē loq pauеſcimus. Cupiditate quū pmio mūeris alicui⁹ corrūpimur. Odio quū ɔ̄ quēlibet aduer-

ſarium mollimur. Amore dum amicorvel propinquis placere cōcēdimus. ¶ Iſidorus ibidem.

Dives muneribus cito corrūpit iudicē. Paup aūt dū nō hēt qd offerat: nō ſolū audiri cōtemnit: ſed et contra veritatē opprimitur. Cito violat auro iuſtitia. Nullū reus pertimeſcit culpā: quā redimere nūmis exiſtimat. ¶ Idem Soliloquiorum lib. i. cap. i.

Perimit leges avaricia iudicāt iu: pmia z dona legib⁹ iura tollūt: vbiq̄ pecunia vincit: vbiq̄ venale iudiciū ē

Caſſio. ¶ Caſſiodorus lib. i. epi. iij.

Facilis recti perſuaſor eſt innocēs iudex. Exceſſus tunc ſunt in formidine: quū credūt iudicib⁹ diſplicere. Caſſiodorus lib. iij. epiſtola. xxviij.

Tamdiu iudex dicitur: q̄diu iuſtus putatur. ¶ Caſſiodorus lib. iij. epiſtola. xxviiij.

Inumbrat publicā formā in ꝯſule tēacitatis obſcuritas.

Boeti⁹ ¶ Boetius de conſo. lib. i. proſa. iiij.

Si inflāmare ſacras ędes voluiſſem: ſi ſacerdotes impio iugulare gladio: ſi bonis oibus necem ſtruxiſſe dicere/ mur pñtem tñ inia cōſeſſum: cōuictūq̄ me puniſſet.

Alanus ¶ Alanus de complactu naturę.

Si aūt iudicis vel aduocati ſulphuret pecunia. Orphei lyra: carmē Amphiōis: muſa Virgi. voce pecunię ſuffocant. Quid plura. Ubi nūmus loquit. Tulliani eloq̄i tuba reuceſcit. Ubi nūmus militat. Hectorę militię fulgora cōpeſcunt. Ubi pugnat pecunia: virtus expugnat herculea. Nūmus vincit nūmus regnat nūmus imperat vniuerſis. ¶ Inno. de miſeria hominis.

Inno. Iudices mali nō attēdūt merita cāuſ: ſz pecuniaꝶ meritatē: nō iura: ſz munera: nō iuſtitiā: ſz pecuniā non qd rō dictat: ſed qd voluntas affectat. No qd lex ſentit: ſed qd mēs cupit. Nō inclināt ad iuſtitiā animū ſz iuſtitiam declinat ab aio: nō vt qd ſz hoc libeat: ſz vt ſliceat qd libet. ¶ Seneca ad lucillium epi. lxxxviii.

Seneca Prorſus pſuaſim⁹; qd multi furto nō erubeſcūt: qd multi adulterio gloriant. Nā ſacrilegia minuta puniūt: magna in triūphis ferūnt. ¶ Seneca in pverbijs.

Ad penitēdū pperat: qui cito iudicat. In iudicando criminoſa eſt celeritas. ¶ Seneca in Hercule furēte.

Iudex futurus ſāguine hūano abſtine qcūq̄ regnas: ſcelera taxāt mō maiore nra. ¶ Seneca Tragedia. vij.

Si iudicas cognoſce: ſi regnas iube. ¶ Ibidem.

Ariſto. Qui ſtatuit aliqd parte inaudita altera. Aequū lz ſtatuerit: aut ęquus eſt. ¶ Ariſto. lib. Rhetoricorū.

Litigātis nihil eſt: niſi oñdere q: res ē: vel nō ē. vel q: facta ē: aut q: nō facta ē: vtrū aut ſit iuſta vel iniuſta. oz ipſum iudicē cognoſcere: z nō diſcere a litigantibus. ¶ Ariſtoteles lib. vij. Ethicorum.

Iudex eſt q in ciuilib⁹ cōcertationibus ingſita iudicat. ¶ Ariſtoteles lib. iij. Topicorū.

Nemo eligit iuuenes iudices: aut duces: q: nō cōſtat eos prudentes eſſe ſed eligit ad fortitudinē. ¶ Ariſtoteles lib. i. Rhetoricorū.

Amor z odiū z ppriū cōmodū ſepe faciūt iudicē nō cognoſcere vex.

Laer. Diogē. ¶ Laertius Diogenes de moribus z vitis philoſophorum.

Interrogatus. Solon qd eſt rex. Rñdit ſortis poteſtas. Quid lex? Aranee tela. Q: ſi in eā inciderit qd debilius inet: graue aut ptrāſit tela reciſſa. ¶ Ibidē.

Iudex bonus nemo erit: niſi qui de ſe alterum cognouerit iudicari. ¶ Laertius Diogenes ibidem.

Qui innocētē dānat ſeipm vulnerat: quoniā ſua ſentētia ſemp reus: ſe ipſum punit cōſcientia. ¶ Laertius Diogenes ibidem.

Quū xenocrates vidiſſet quendā latronē duci ad patibulū ſubriſit dicēs: q magni furcs minores morte dānabant.

Cicero. ¶ Cicero Rhetoricorū veteꝶ lib. ij.

In iudicijs qd ęquū ſit queritur. ¶ Ibidem.

Nō oportet ante ſuppliciū q̄ iudicium interponere.

¶ Cicero Rhetoricorū lib. ij.

Duab⁹ de cauſis iudicē iudicare oz: ſi aut ſcriptū ſit obſcure: aut neget aliqd aduerſarius. Quū z ſcriptū ſit aptē: z aduerſarius oia ꝯfiteat: tūc iudicē legi parere: nō interpretari legē oz. Nā ſūma prudētia ē: quū q contra id qd ſcriptū ſit aliqd pbare velit. ¶ Ibidem.

Iudex is videtur legi obtēperare qui ſententiā eius: non qui ſcripturam ſequitur: ſi leges duę aut plures: aut quotquot erūt conſeruari nō poſſunt q: diſcrepāt inter ſe: ea maxime cōſeruanda putetur. q ad maximas res pertinere videt: z maxime cōſeruāda ē ea lex: quę diligētiſſima z ſctā eſt. multis ēt in legibus multa pterita ſunt: quę iccirco pterita arbitrātur: q ex cęteris de qbus ſcriptū ē intelligi poſſunt. Nā oz ꝯiectura ex eo qd ſcriptū ē ad id qd nō ſit ſcriptum pvenire. Nemo. n. pōt oēs res p ſcripturā complecti: ſed is cōmodiſſime ſcribit: q curat vt quędā ex qbuſdā intelligāt. Cicero libro de Oratore.

Plura multo hoies iudicāt odio: aut amore: aut cupiditate: aut iracūdia: aut dolore: aut lętitia: aut ſpe: aut timore: aut errore: aut aliq̄ pmotiōe mētis q̄ veritate: aut pſcripto: aut in eis norma aliqua: aut iudicij formula: aut legib⁹. ¶ Idem officioꝶ. li. iij. cap. xi.

Ponit. n. pſonas amici: quū induit pſonā iudicis. Tātum dabit amicicię: vt vera amici cām eē malit: z vt orandę litis tpe quo aliqd per leges liceat accōmodet.

¶ Idem officiorum lib. iij. cap. xvj.

Iudicis eſt. n. ſemp in cauſis verū: patroni aūt nonnūq̄ veriſimile. ¶ Valerius maximus li. vij. Valer. maxi.

Quā porro ſubtiliter Anacharſis leges Araneaꝶ telis cōparabat. nā vt illas infirmiora animalia retinet: valentiora trāſmittere. Ita his humiles z pauperes cōſtringi: diuites z prępotētes nō alligari aiebat.

¶ Quintilianus declamatione. x. Quīti.

Multū me: vł vos fallit opinio iudices: ſi vllā cāꝫ ita euidēter oſtēri ſ ſoꝶ poſſe putatis: cui nulla mēdacij velamēta ꝯtingāt. ¶ Luci⁹ Apu. de aſino Aureo li. 3. L. apu.

Nō ad⁹inſtar barbarice ſeruatis: vel Tyrānicę impotentię dānari oz aliqs inauditus z in pace placida tā dirū ſeculo prodi nō oz exēplū. ¶ Phocylides. Phoc.

πασι δίκαια νέμειν μηδ' ἐς κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν. i.

Oib⁹ iuſta diſtribue: neq̄ iudiciū ad grāꝫ trahas. ¶ Idē

μὴ κρῖνε πρόσωπον. i. Noli iudicare facie. ¶ Idē.

ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει. i.

Si tu male iudicaueris: te de⁹ deinde iudicabit. ¶ Idē.

μηδέποτε κρίνειν ἐᾶν ἀμαθεῖς ἄνδρας. i.

Nūq̄ iudiciū facere imperitos viros permittes.

¶ Cleobolus. Cleob.

τὰ δίκαια κρῖνε. idest iuſte iudica. ¶ Menandri Men.

κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ. i.

Accuſare non licet z iudicare ſimul. Idem.

ἀνεξέταστον μὴ κολάζε μηδένα. i.

Inexaminatum ne punies vllum.

Ouidius triſtiū lib. i. Elegia. i. Ouidi⁹

Iudicis officium eſt. vt res ita tempora rerum
Quęrere: quęſito tempore tutus eris.
¶ Idem de ponto lib. ij. Elegia. ij.

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

¶ Horatius carminum lib. ij. Hora.

Quotiens bonus atq̄ fidus
Iudex honeſtum prętulit vtili.
Reiecit alta dona nocentium
Vultu per obſtantes cateruas
Explicuit ſua victor arma.
¶ Horatius ſermonum lib. ij.

Male verum examinat omnis
Corruptus iudex.
¶ Iuuenalis ſatyra. ij. Iuue.

Dat veniam coruis: vexat cenſura columbas.

VDICIVM. Finale erit vniuerſalis ſeperatio bonoꝝ a malis ex.b. Tho.iiij.ſen.diſtin. xlvij.q.i.arti.i.

Iudicium generale fiet circa montez oliueti: vbi eſt vallis Ioſaphat. ꝛ circa locum illuz xp̃s deſcendet: ſicut inde aſcendit vt idē eſſe oſtendaſ: qui deſcendit ꝛ qui aſcendit ex.b. Tho.iiij.ſen.diſtin.

David. xlviij.q.i.ar.iiij. ℭ David pſal.xcv.

Iudicabit orbē terrarum equitate ꝛ populos in veritate ſua

Eccl'ia. ℭ Eccleſiaſtes cap.xi.

Letare ergo iuuenis in adoleſcentia tua: ꝛ in bono ſit cor tuū in diebus iuuentutis tuę: ꝛ ambula in vijs cordis tui: ꝛ in intuitu oculoꝝ tuoꝝ: ꝛ ſcito: ꝙ pro omnibus his adducet te deus in iudiciū. ℭ Eccl'iaſtes.c.xij.

Cuncta q̄ fiūt adducet de⁹ in iudiciū pro oi errato: ſiue bonū: ſiue malū ſit. ℭ Eccleſiaſtici.ca.xij.

Iſaias Et impijs ꝛ peccatoribus reddet vindictā cuſtodiēs eos in die vindicte. ℭ Iſaias cap.iij.

Ioel Dominus ad iudiciū veniet cū ſenibus populi ſui: ꝛ principibus eius. ℭ Ioel.cap.ij.

Mala. Magnus enim dies domini ꝛ terribilis valde: ꝛ quis ſuſtinebit eum. ℭ Malachias cap.iij.

Et accedā ad vos in iudicio: ꝛ ero teſtis velox maleficis ꝛ adulteris: ꝛ piurꝭ: ꝛ q calūniantur mercedē mercēnarij ꝛ humiliāt viduas ꝛ pupillos: ꝛ opprimūt peregrinū: nec timuerūt me: dicit dominus exercituū.

Mac. ℭ Machabeorū li.ij.cap.xij.

At vo fortiſſimus iudas hortabaſ populū ꝯſeruare ſe ſine pctō ſub oculis: vidētes q̄ facta ſūt ꝑ peccatis eoꝝ q ꝓſtrati ſūt. Et fcā collatione duodecī milia dragmas argēti miſſit Hieroſolymā offerri ꝑ pctīs mortuoꝝ ſacrificiū: bene ꝛ religioſe de reſurrectione cogitās. Niſi.n.eos q ceciderāt ſperarer reſurrecturos. ſuperfluū videreſ ꝛ vanū orare pro mortuis: ꝛ q: conſiderabat ꝙ hij q cū pietate dormitionē acceperant optimaz hērent repoſitā grāz. Sācta ergo ꝛ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defūctis exorare: vt a pctīs ſoluanſ.

Mat. ℭ Matthęus cap.xiii.

Sicut ergo colliguntur zizania: ꝛ igni ꝯburunſ. Sic erit i ꝯſumatiōe ſeculi. Mittet fili⁹ hoīs āgelos ſuos: ꝛ colligent de regno eius omnia ſcandala: ꝛ eos q faciunt iniquitatē: ꝛ mittet eos in caminū ignis. Ibi erit fletꝰ ꝛ ſtridor dentiū. Tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris eorum. ℭ Matthęus cap.xxv.

Quū āt venerit fili⁹ hoīs in maieſtate ſua: ꝛ oēs angeli cū eo: tūc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſuę: ꝛ ꝯgregabūtur añ eū oēs gētes: ꝛ ſepabit eos ab inuicem: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues qdē a dextris: hedos āt a ſiniſtris. Tūc dicet rex his q a dextris ei⁹ erūt. Venite bñdicti pr̃is mei poſſidete paratū vobis regnū a ꝯſtōne mūdi. Eſuriui.n. ꝛ dediſtis mihi mādūcare. Sitiui ꝛ dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā: ꝛ collegiſtis me. Nud⁹ erā: ꝛ operuiſtis me. Infirm⁹ erā: ꝛ viſitaſtis me: in carcere erā ꝛ veniſtis ad me. Tūc rñdebūt ei iuſti dicētes. Dñe qñ te vidim⁹ eſuriētē: ꝛ pauim⁹: ſitiētē: ꝛ dedim⁹ tibi potū. Qñ āt te vidim⁹ hoſpitem: ꝛ collegim⁹ te: aut nudū: ꝛ cooperuimus te: aut qñ te vidimus infirmū aut in carcere: ꝛ venim⁹ ad te. Et rñdens rex dicet illiſ. Amē dico vobis q̄diu feciſtis vni ex his frib⁹ meis minimis mihi feciſtis. Tūc dicet ꝛ hijs q a ſiniſtris erūt. Diſcedite a me maledicti i ignē eternū q par⁹ ē diabolo ꝛ āgelis ei⁹. Eſuriui.n. ꝛ ñ dediſtis mihi māducare. Sitiui ꝛ ñ dediſtis mihi potū. Hoſpes erā ꝛ ñ collegiſtis me. nud⁹ ꝛ ñ operuiſtis. īfirm⁹ ꝛ i carcere ꝛ ñ viſitaſtis me. Tūc rñdebūt ei ꝛ ipſi dicētes. Dñe qñ te vidim⁹ eſuriētē aut ſitientē aut hoſpitē aut nudū aut īfirmū aut in carcerē ꝛ ñ miniſtrauim⁹ tibi. Tūc rñdebit illis dicēs. Amē dico vobiſ q̄diu ñ feciſtis vni ex minorib⁹ hijs nec mihi feciſtis. ꝛ ibūt hij i

ſuppliciū eternū. Iuſti aūt in vitā eternam.

ℭ Marcus cap.xij. Mar.

Quū.n.a mortuis reſurrexerint: neqꝫ nubent: neqꝫ nubētur: ſꝫ erūt angeli dei in celis. ℭ Marc⁹ cap.xiij.

Erunt.n. dies illi tribulationes tales: q̄les ñ fuerūt ab initio creature: quā ꝯdidit de⁹ vſqꝫ nūc: neqꝫ fient. Et niſi breuiaſſꝫ dñs dies nō fuiſſet ſalua ois caro. ℭ Ibidē.

De die āt illo vel hora nemo ſcit: neqꝫ angeli in celo: neqꝫ filius niſi pater. videte: vigilate: ꝛ orate. Neſcitis enim qñ tēpus ſit ℭ Marcus ibidem.

Vigilate ergo. Neſcitis enim: qñ dñs domus veniet: ſero an media nocte: an galli cantu: an mane: ne quū venerit repēte: inueniat vos dormientes. Qḋ aūt vobis dico: omnibus dico: vigilate. ℭ Lucas cap.xvij. Lucas

Nā ſicut fulgur coruſcās de ſub celo: in ea q̄ ſub celo ſunt fulget: ita erit filius hoīs in die ſua. ℭ Lucas.c.xxi.

Erūt ſigna in ſole ꝛ luna ꝛ ſtellis ꝛ in terris preſſura gentiū pre ꝯfuſſione ſonitus maris: ꝛ fluctuū: areſcentibus hoibus p̄ timore ꝛ expectatione q̄ ſupuenient vniuerſo orbi. Nā virtutes celoꝝ mouebūtur. Et tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube: cū ptāte magna: ꝛ maieſtate. ℭ Lucas ibidem.

Vigilate itaqꝫ omni tpe orātes: vt digni habeamini fugere iſta omnia quę futura ſunt: ꝛ ſtare ante filiū hoīſ.

ℭ Ioannes cap.v. Ioānes

Sicut.n.pr̃ hꝫ vitā in ſemetipſo: ſic dedit ꝛ filio hēre vitā in ſemetipſo. Et ptātē dedit ei iudiciū facere: qꝛ fili⁹ hoīs ē. Nolite mirari hoc: qꝛ venit hora in qua oēs q in monumētis ſūt: audiēt vocē filij dei: ꝛ ꝓcedēt q bona fecerūt in reſurrectionē vitę: q vero mala egerunt in reſurrectionē iudicij. ℭ Ioānes cap.xj.

Scio qꝛ lazarus reſurget in reſurrectione in nouiſſimo.

ℭ Paulus ad corinthios.i.cap.iij.

Dies enim domini declarabit: qꝛ in igne reuelabiſ: ꝛ vniuſquiſqꝫ opus quale ſit: ignis probabit.

Paul⁹ ℭ Paulus ad corinthios.ij.cap.v.

Oēs.n.nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̃i: vt referat vnuſqſqꝫ ꝓpria corporis prout geſſit: ſiue bonum: ſiue malum. ℭ Paulus ad theſſalon.i.cap.iiij.

Nolumus aūt vos ignorare fr̃es de dormiētib⁹: vt non ꝯtriſtemini ſicut ꝛ ceteri q ſpē nō hñt. Si.n. credim⁹ ꝙ ieſus mortuus ē: ꝛ reſurrexit: ita deus eos q dormierūt ꝑ ieſuz adducet cū eo. Hoc.n. vobis dicim⁹ in vbo dñi: qꝛ nos qui viuim⁹: q reſidui ſumus in aduētu dñi nō ꝑueniem⁹ eos: qui dormierūt. Qm̃ ipſe dñs in iuſſu ꝛ in voce archangeli: ꝛ in tuba dei deſcendet de celo: ꝛ mortui q in xp̃o ſunt reſurgēt primi. Deinde nos q viuimus: q relinquimur ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̃o in aera. Et ſic ſp̄ cū dño erimus. Itaqꝫ conſolamini inuicem in verbis iſtis.

ℭ Paulus ibidem.

De temporibus aūt ꝛ momētis fratres nō indigetis: vt ſcribam⁹ vobis. Ipſi enim diligēter ſcitis: qꝛ dies dñi ſicut fur in nocte: ita veniet. Quū enim dixerint pax ꝛ ſecuritas: tūc repētinus eis ſupueniet interitus ſicut dolor in vtero habēti: ꝛ non effugient.

ℭ Paulus ad thimotheum.ij.cap.iij.

Inter cętera mala hoc quoqꝫ habet ſtulticia: ſemper in
cipit viuere. ¶ Idem epi. xxvi.
Humilis ē ſtulticia: res abiecta: ſordida: ſeruilis multis
affectibus: z ſęuiſſimis abdita. ¶ Idem epi. xxvi.
Si qñ fatuo delectari volo: non eſt mihi longe q̄rendus:
Cicero me video. ¶ Cicero libro. i. de natura deorum.
Miſerius. n. ſtulticia qd dicere poſſumus? ¶ Ibidē.
Multa ſunt incōmoda in vita: vt ea ſapientes cōmodoꝝ
cōpēſatiōe lęniant. ſtulti nec vitare venientia poſſunt
nec ferre ꝓſentia. ¶ Cicero. li. i. de legibus
Quid abiectius ſtulticia: z tarditate dici poteſt?
¶ Idem li. i. de finibus bonorum z malorum.
Stulti malorum memoria torquentur. ¶ Ibidem.
Igitur nec ſtultorum quiſq̄ꝫ beatus: neqꝫ non ſapientiū:
non beatus. ¶ Sophocles in aiace. Sophocles.
οι γαρ κακοι γνωμαισι ταγαθον χεροιν
εχοντες ουκ ισασι πριν τις εκβαλη.
Homines enim malę mentis bonum pręmanibus.
Hora. Hn̄tes: nō cognoſcūt anteq̄ꝫ amittaṫ. ¶ Hora. li.
Virtus eſt vitium fugere: z ſapientia prima
Stultitia caruiſſe ¶ Idē ſermonum lib. i. ſaty. ij.
Dū vitāt ſtulti vitia: in ꝯria currūt. ¶ Perſi⁹ ſaty. i. Perſi⁹
Auriculas aſini quis non habet?
De hac mā hēs ſupra vbi prudētia: ſapiētia: z ſcientia.

STupor grece θαμβος. εος. το. z θαμβεω ſtudeo di
citur. Eſt autem ſtupor admiratio vehemens: ſm
Ariſto. lib. iiij. Topicorum.
Stupor eſt timor inconſuetę imaginationis: ſm. b. Tho.
iij. ſen. q. xxvj. ar. iij.
Stupor a ſtupeo vēit: ſtupeo āt a ſtupa. Dr̄ aūt ſtupor eo
ꝙ ſenſus ꝯſtipenṫ. Eſt. n. ſtipare rimas obturare: qꝛ i
hoc ſtupa vti ſolem⁹. ſtipare ꝓ dēſar̄ z ꝯpōere poniṫ.
Uir. ſtipatqꝫ carinis igēs argētū dodoneoſqꝫ lebeteſ.

STuprū g̃. διακορευσις. εως. η. z διακορευω ſtupro
dr̄. Eſt aūt ſtuprū illicita virginū d̄ſloratio ſub pa
rētū cura exiſtentiū: ſm. b. Tho. ſa ſę. q. cliij. ar. i. c.
Stuprum proprie eſt virginum illicita defloratio: vt ha
tur. xxxvi. q. i. Lex illa.
Stuprum aliquādo pro inceſtu ponitur. Proprie tamen
ſtuprū eſt coitus lege vetitus: q duplex eſt. Unus cū
nupta: qđ z adulterium dicitur: aut cuꝫ pueris: aut cō
ſanguine coniunctis: ſiue ſacris virginib⁹. Alter quū
vim afferim⁹ cuilibet ꝑſonę: ēt ſi ancilla ſit: Unde ſtu
prare in vtrūqꝫ ſenſum accipiṫ. Quintilianus. Uxor
marito dicit appellatam ſe de ſtupro a priuigno.

SUauitas grece. ἡδύτης.ητος.ἡ. ἡδὺς. εος.ὁ. ſuauis dicitur. Eſt autē ſuauitas dulcedo: ⁊ ſuaue dulce: Hic ſit ſuauiū qḋ vt q̄dā volūt: ſic ab oſculo: ⁊ baſio differt. Quod oſculū officii eſt: vt quū e lōginquo redeūtes ſalutam⁹: atq̄ oſculamur. Baſiū pudicorū ē: vt patris in filiū: ſuauiū vero voluptatis. Sane oſculū eſt diminutiuū deos. Ouidi⁹. Uidet oſcula que nō eſt vidiſſe ſatis. Poniſ tamē frequēter pro baſio: quoniā baſiādo os coarctam⁹: atq̄ minuim⁹: ⁊ quaſi ex ore oſculū facim⁹. Hic oſculor verbū: oſculator: oſculatio: Sicut a baſiū: baſio: baſiator: ⁊ baſiatio.

SUbare ē ꝓprie porcoꝝ: quū luxuriāt ur. Quare di⁹ Hieronym⁹ lib. ſatyrico contra Iouinianū ca. xlix. Nunc reſtat vt epicuꝝ noſtrū ſubāiē i hortulis ſuis iter adoleſcētulas ⁊ mulierculas: alloquamur. Licet i pleriſq̄ codicib⁹ ſudātem legatur: ⁊ mendoſe.

SUbſānatio gre. μυκτηρισμός.οῦ.ὁ. ⁊ μυκτηρίζω ſubſāno dicif. Hęc autē ⁊ irriſio cōueniūt in fine: ſed differūt i modo. Quia prima fit naſo rugato. Secūda vero fit ore. i. in verbo ⁊ chachinis: ſm be. Tho. ſecunda ſecundę. q. lxxv. ar. i.

Subſannatio a ſubſanno venit. Subſanno aūt a ſanna. Sāna enī ſolut⁹ deriſus dicif a nariū ſoniti. Perſi⁹. Poſticę occurrite ſannę.

SUbſidiū grece ἀλκή.ῆς.ἡ. ⁊ ἀλκω adiuuo dicitur. Subſidiū eſt qḋ laborātib⁹ periculo mittiſ. Sicut. pręſidiū quod eſt ad tutelam loci poniſ a pręſidēdo dictū: ꝙ ante ponaſ: q̄ periculum adiuuat.

SUbſtantia grece ὑπόστασις.εως.ἡ. dicitur. Eſt autē ſubſtātia quę proprie ⁊ principaliter: ⁊ maxie dicitur: ⁊ quę neq̄ i ſubiecto ē: neq̄ de ſubiecto dicif. ſm Ariſto. lib. pręicamentorum.

Subſtantia eſt res habens quiditatem: cui debetur eſſe per ſe: ⁊ non in alio ſcilicet ſubiecto: ſm bea. Tho. prima parte. q. iij. arti. v.

Subſtantia eſt quę per ſe ſtat: nullis adminiculis fulta: vel quę accidenti: ſeu qualitati ſubſtat: atq̄ ſubſiſtit: ⁊ quaſi illi ſubiaceat: ſiue quia illam contineat. Subſtātia etiam pro facultatibus ponitur. Quintil. Ut plus ſubſtantię filio relinquerem. Et in euāgelio. Qui conſumpſit omnem ſubſtantiam.

SVFFICIENTIA grece ἱκανότης.ητος.ἡ. ⁊ ἱκανός.οῦ.ὁ. ſufficiens dicitur. Uenit autē a Sufficio: quod interdum ſignificat ſatis ſum. Uirgilius. Nec nos obniti contra nec tendere tantū Sufficimus interdum ſubminiſtro. Uirg. ipſe pater Danais aios vireſq̄ ſecūdas

Cicero Sufficit. ℭ Crates Philoſophus.

χαῖρε θεὰ δέσποινα ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα.
εὐτελίη. κλεινῆς ἔκγονε σωφροσύνης.
σὴν ἀρετὴν τιμῶσιν ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

Salue dea domina virorum bonorum oblectamentū
Sufficientia: inclyte proles temperantię:
Tuam virtutem honorent: qui iuſte exercent.

Theo. ℭ Theognis.

οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν. οὐκ εὔχομαι ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων. μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Nolo diteſcere: neq̄ opto. Sed mihi ſit.
Viuere a paucis nihil habenti malum.

Alph. mitili. ℭ Alpheus Mitilineus.

οὐκ ἐθέλω βαθυλήιου ἀρούρης
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης
αὐτάρκους ἔραμαι βίου μακρίνε
τὸ μηδὲν ἄγαν με τέρπει.

Non amo profundę ſegetis terras
Non beatitudinē multi auri: qualis Gyges.
Sufficientem amo victum macrine.

Ex. i. Epig. Illud nihil nimis valde me delectat.

ℭ Ex primo Epigrammatum.

ἐλθὼν εἰς ἀΐδην ὅτε τὸν σοφὸν ἐγνώρισε γέροντα
Διογένης ὁ κύων Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα.
καὶ στρώσας ὅθεν τὸ τριβώνιον εἶπεν ἐκείνου.
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου
εἶπεν ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος. ὅσσα γὰρ εἶχον.
πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ Κροῖσε. σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

Veniens in infernum quando iam ſapientem compleuerat ſenectutem.
Diogenes canis Crœſum videns ridebat.
Et ſternens ſenex pallium prope illum
Qui multum ex flumine aurum hauſerat
Dixit: Mihi ⁊ nunc plus loci: Quęcunq̄. n. hēbam
Omnia porto mecum Crœſe. Tu vero nihil habes.

ℭ De hac materia vide ſupra in Mediocritas.

SVFFRAGIVM grę. ψῆφος.ου.ὁ. ⁊ ψηφιστής.οῦ.ὁ. ſuffragator dicitur. Eſt autem ſuffragium aliquando idem quod auxilium: nōnunq̄ ſignificat illas (vt ita dicam) voces quę in comitijs dicebanſ: ⁊ in tabellis deſcribebantur. quibus vnuſquiſq̄ voluntatem ſuā de aliquo in magiſtratu eligendo declarabat.

Suffragium dicitur a ſuffrago: ginis: quę ἰγνύα.ας.ἡ. dicitur: ⁊ eſt id in poſterioribus pedibus animaliū qḋ in prioribus genua: Dicuntur autem ſuffragines ꝙ ſuffringantur: hoc eſt in altum frangantur. Nam ſub aliquādo ſupra ſignificat: vt ſublatum. i. ſupra ⁊ in altum latum. Conſtat ſane genua animalium: quę animal generant ante ſe flectere: ſuffraginum vero artus in aduerſum. Quemadmodum igitur poplites dicti ſunt ꝙ poſt plicentur. Ita ſuffragines ꝙ ſupra frangantur. Plynius. Uictimarū probatio in vitulo: vt cauda articulum ſuffraginis contingat. Hinc ſuffragor. i. adiuuo: auxilio ſum: ſicut enim ſuffragines ſūt quę in primis animal ſuſtinent: quibus ſe colligit: ſe ſuſtinet: ſe tuetur. Ita ſuffragor a iumentorū ſuffraginibus deriuatur.

ℭ Machabeorum lib. ij c. xij. Mach.

Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur. Augu.

ℭ Augu. lib. de agenda cura pro mortuis: ⁊ habetur. xiij. q. ij. c. Non ęſtimamus.

Non ęſtimamus ad mortuos pro quibus curā gerimus peruenire: niſi pro eis: ſiue altaris: ſiue orationum: ſiue elemoſynarum ſacrificijs ſolenniter ſupplicamus: quamuis enim non pro quibus fiunt omnibus proſint: ſed his tantum pro quibus dum viuunt coperātur vt proſint.

ℭ Auguſtinus lib. lxxxiij. queſtionum.

Tempus quod inter hominis mortem: ⁊ vltimam reſurrectionem poſitum eſt animas abditis receptaculis continet: ſicut vna quęq̄ digna eſt: vel requie: vel erūna pro eo quod ſortita eſt in carne: dū viueret. Neq̄ negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari: quum pro illis ſacrificium mediatoris offertur: vel elemoſynę in eccleſia fiunt: ſed eis hęc proſunt: qui quū viuerent hęc ſibi vt poſtea poſſent prodeſſe meruerunt. Eſt enim quidam viuēdi modus nec tam bonus vt non requirat iſta poſt mortem nec tam malus: vt ei non proſint iſta poſt mortē. Eſt vero talis in bono: vt hęc nō requirat: ⁊ rurſus talis in malo: vt nec his valeat: quū hęc vita trāſierit adiuuari.

ℭ Auguſtinus ibidem.

Quum ergo ſacrificia ſiue altaris: ſiue quarūcunq̄ elemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes ſunt: pro valde malis etiam nulla: ſunt adiumenta mortuorum qualeſcūq̄ ſunt conſolationes viuorum.

ℭ Auguſtinus Ibidem.

Monumenta non ob aliud dicuntur: niſi q hij viuentium oculis morte ſubtracti ſunt: ne obliuione etiam cordibus ſubtrahantur in memoriam reuocent: ⁊ admonendo faciant cogitari. Unde monumentum eo q moneat mentem nuncupatur. Ad hoc ergo ſunt adiumenta mortuorum: vt dum homines recolunt eorum quos diligunt corpora: eiſdem ſanctis illos tanquam patronis ſuſceptos apud dominum adiuuando: ⁊ orando commendent.

℄ Auguſtinus lib. lxxxiij. queſtionum.

Quum igitur recolit animus: vbi repoſitum ſit chariſſimi corpus: ⁊ occurrit animam dilectam commēdat recordantis affectus: q igitur ad ſepulchrum fidelis mater recurrit: ⁊ filium ꝑcibus magiſq; commēdat: adiuuat defuncti ſpiritum: nō mortui corpori locus: ſed loci ex memoriam viuus matris affectus.

Ambr. ℄ Ambroſius in libro Theodoſij Imperatoris: ⁊ habetur. xiij. q. ij. c. Quia alij.

Quia alij: tertium diem: alij triceſimum: alij ſeptimum: alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt in officijs mortuorum: quid doceat lectio cōſideremus. Defuncto inquit. Jacob precepit Joſeph pueris ſuis ſepultoribus: vt ſepelirent eum: ⁊ ſepelierunt ſepultores Iſrael: ⁊ repleti ſunt quadraginta dies. (Sic. n. dinumerabantur dies ſepulturę): ⁊ luxit eum ſeptem diebus: hęc ergo ſequenda ſolennitas eſt: quam perſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt: quia planxerunt filij Iſrael Moyſem. xxx. dies: ⁊ cōſumati ſunt dies luctus: vtraq; ergo obſeruatio habet autoritatem: qua neceſſarium pietatis impletur officium.

℄ Gregorius: ⁊ hr̄. xiij. q. ij. c. Animę. Grego.

Animę defunctoꝝ quattuor modis ſoluuntur aut oblationibus ſacerdotū: aut ꝑcibus ſanctoꝝ: aut charoꝝ elemoſynis: aut ieiunio cognatoꝝ. Curatorio vero funeris: conditio ſepulturę: pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatio: q̄ ſubſidia mortuoꝝ. Si aliquid prodeſt impio ſepultura ꝑcioſa: oberit pio vilis: aut nulla. Non ideo tn̄ cōtemnenda: aut obijcienda ſunt corpora defunctorum: maximeq; iuſtorum: vbi illud ⁊ dicit ſalubriter: quanta poſſit eſſe remuneratio pro elemoſynis: quas viuentibus: ⁊ ſentientibus exhibemus. Si neq; hoc apud deū perit: quod ex animis hominum membris officij diligentia perſoluit.

- **Superbia**
  - Inclinatio ad ſuperbiendum ex flexibilitate naturę: ⁊ fomitis corruptione.
  - Actualis contemptus preceptorum dei: vel diuinę legis: per quam prohibemur a peccando.
  - Inordinatus appetit⁹ proprie excellentię: ⁊ ē pctm̄. (ꝑma ſę q. lxxxiiij. art. ij.) ſcđa ſcđę. q. clxij. ar. ij.
    - Gňale p redūdātiā in alia peccata: quę ex ea oriri poſſunt. ſcđa ſę. q. clxij. ar. ij.
      - Directe: ⁊ per ſe: inquantū pōt appeti i quolibet bono aliq̄ excellentia: q inordinate appetitur. prima ſcđę. q. lxxxiiij. ar. iiij.
        - Proſequendo iordinate bonum.
          - Interi⁹
            - Aię qđ conſiſtit in ſola aię apphēſione: vt laus honor gloria: quam inordinate appetit. — Inanis gloria
            - Corpis ꝑtinens ad ꝯſeruationem.
              - Indiuidui vt cib⁹: ⁊ potuſ: q̄s iordinate appetit. — Gula
              - Speciei: vt act⁹ venerei: q̄s iordinate appetit. — Luxuria
          - Externus vt diuitię: quas inordinate appetit. — Auaritia
        - Fugiendo iordinate bonum. ꝓp aliqđ onnexum malum.
          - Proprium ⁊ ſpirituale: quod inordinate fugit. — Accidia
          - Alienū.
            - Sine inſurrectiōe: qđ inordinate fugit. — Inuidia
            - Cū inſurrectione: qđ inordinate fugit. — Ira
      - Indirecte: ⁊ quaſi per accidens remouendo prohibens: inquātū ſ. homo per ſupbiā dei legē contemnit: per quā prohibetur a peccando. articu. ij.
    - Spēle ꝑ ſpālē rōnē obiecti q̄ ē propria excellētiam. Cui⁹ inordinat⁹ appetitus eſt peccatū; ſcđa ſę. q. clxij.
      - Mortale de genere ſuo ſemp. Quia qñcunq; deliberate: ⁊ ſm conſenſum rōnis quis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi ꝓfixum ſm diuinam regulam: vel menſuram: eſt peccatum mortale. arti. v.
      - Veniale. Quando eſt actus imperfectus: quia preuenit iudicium rationis: dum eis ratio non conſentit.
      - Diſtinctum a. b. Greg. xxiij. mora. in ſpēs. iiij. Dicente Quattuor quippe ſunt ſpēs quibus omnis tumor arrogātiū demonſtratur. arti. iiij.
        - Quando bonum a ſemetipſis habere ſe exiſtimant.
        - Quando: ⁊ ſi ſibi datum deſuper credunt: pro ſuis hoc accepiſſe meritiſ putant.
        - Quando iactant ſe habere: quod non habent.
        - Qñ deſpectis ceteris ſingulariter videri appetunt habere qđ habent.

VPERBIA grece ὑπερηφανία.ας.ἡ.τ ὑπερήφανος.ου.ὁ.ſuperbus: τ ὑπερηφανεῖν ſuperbio dicitur. Eſt autem ſuperbia perverſe celſitudinis appetitus: ſm Augu.li.xiiij. de Ci.dei.

Superbia eſt amor proprie excellentie ſm Hugonem lib. ij.de ſacramentis: τ Iſidorum lib. Ethimolo.

Superbia proprie eſt inordinatus appetitus excellentie cui debet honor τ reverentia: Vel ſupbia proprie reſpicit defectū ſubiectionis hominis ad deum: ſm ꝙ aliquis ſe extollit ſupra id qd̄ eſt ſibi prefixum: ſm divinam regulam: vel menſuram. Ex bea. Tho. prima ſe q.lxxxiiij.ar.ij.o.τ ſa ſe.q.lxxvij.ar.v.c.

Appetitus excellentie rectus eſt magnanimitatis: Excedens eſt ſuperbie: Deficiens eſt puſillanimitatis: ſm bea. Tho. in.q. de Malo.q.viij.ar.ij.c.col.i.

Superbia derivat a ſupbio qd̄ eſt efferor.extollor. Item Superbe adverbiū: hoc eſt elate: arroganter: τ Supbiloquēs: qd̄ eſt ſupbe loquens: τ Supbiloquentia.i. elatus τ ſuperbus ſermo. Supbum ēt ſignificat altū. Virg. Ceciditqꝫ ſuperbum Ilium.

Prover. Superbire eſt quaſi ſupra ire. ¶ Prover.c.xiij.

Eccl'ia. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. ¶ Eccl'iaſti.c.x.

Odibilis corā deo: τ hoibus eſt ſupbia. ¶ Ibidē.

Quid ſuperbis terra τ cinis? ¶ Eccl'iaſtici Ibidē.

Initium ſuperbie hois apoſtatare a deo: ¶ Ibidē.

Job. Initium omnis peccati eſt ſuperbia. ¶ Job.xv.

Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit.

Jaco. ¶ Jacobus canonice.c.iiij.

Superbis deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.

Augu. ¶ Augu. ſuper Matt. ſermone.lvii.

Audeo dicere ſupbis cōtinētib⁹: expedit cadere: vt in eo ipſo in quo ſe extollūt humiliētur. Quid.n. pdeſt cui eſt ꝯtinētia ſi dn̄etur ſupbia? ¶ Aug.li.de nā τ grā.

Cetera vitia in malefactis valent: ſola ſuperbia etiam in recte factis eſt cavenda. ¶ Augu. ſuper illud ps. Et emundabor a delicto maximo.

Quo alio niſi ſupbie? Nō eſt.n.mai⁹ peccatū ꝙ̄ apoſtatare a deo: qd̄ eſt initiū ſupbie hois. Et vere iſte immaculat⁹ eſt: q τ hoc delicto caret: Quia hoc eſt vltimū redeuntibus ad deū: qd̄ recedentibus primum fuit.

¶ Augu. lib.iij. de verbis dn̄i.

Medicina timoris ois humilitas eſt Xp̄i: Non.n. homo periſſet niſi ſuperbiā ſuſcepiſſet. Initium.n. ſicut ſcriptura dicit: omnis peccati ſuperbia. Unde ſanaretur tumor ſuperbie? niſi deus dignat⁹ eſſet humilis fieri. Erubeſcat ergo hō ſupbus eſſe: quia factus eſt humilis deus. ¶ Augu. ſuper geneſim li.xi.

Initiū ois peccati eſt ſupbia: cui ēt non inconvenienter aptatur quod dicit Apoſtolus: Radix oium malorū eſt avaricia. Si avariciā generalē intelligimus: quia quiſqꝫ appetit aliquid amplius ꝙ̄ oportet: vel excellentiam propriā: vel ꝓprie rei privatū honorū. Specialis aūt eſt avaricia que dicitur amor pecunie. De generali avaricia intelligit qd̄ ait Apoſtolus. Radix omnium maloꝝ eſt avaricia. Hac.n.τ Diabolus cecidit: qui non amavit pecuniā. ſed propriam poteſtatē.

¶ Augu. ſup Joannē ſermone.v.

Quare patimur multa a creatura quā fecit deus? Quia offendim⁹ ꝑ ſupbiā. Ad domādū igit ſupbiā inſtituit de⁹: vt creatura minima: τ abiectiſſima nos torqret: Ut homo ſupbus: q ſe iactavit adverſus deum: τ proximum non agnovit: pluribus pvicibus ſubdatur.

¶ Augu. de verbis domini ſermone.liiij.

Prior eſt in vitijs ſupbia. Nō.n. invidia parit ſupbiam. ſed ſupbia parit invidiā. Non.n. invidet niſi amor excellentie. Amor autem excellentie ſuperbia vocatur.

Hiero. ¶ Hieronymus ſuper Marcum.

Multo illa deformior eſt ſuperbia: que ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. Neſcio.n. quomodo turpia ſunt vitia: quum virtutum ſpecie celantur.

¶ Grego. lib.xvij. moralium. Grego.

Omnis ſuperbia corpſo in imo latet: quo l alio ſe erigit: vt inde magis ſuppoſita cunctis ſit: vnde cunctis appetit ſupereſſe.

¶ Grego. lib.xxiij. moralium.

Vitium ſuperbie ab ipſa radice ſcādū eſt: vt quū latenter oritur: tunc vigilāter abſcindatur: ne provectu vigeat ne vſu roboretur. ¶ Ibidem lib.xxxi.

Radix quippe cuncti mali: τ regina oium vitiorū ſuperbia eſt: de qua ſcriptura atteſtante dr̄. Initiū omnis peccati ſuperbia. Septem principalia vitia de ſuperbie virulenta radice proferuntur: Inanis gloria: Invidia: Ira: Triſticia: Avaricia: Ventris ingluvies: τ Luxuria. Nā qr his ſeptē ſupbie vitijs nos captos Diabolus tenuit: Idcirco redemptor noſter ad ſpūale liberatiōis bellū ſeptiformis gratie plenus venit.

¶ Gregorius li.xxxi. moralium.

Ipſa vitiorum regina ſuperbia: quum devictū plene cepit. Mox illud ſeptem principalib⁹ vitijs ſuis ducibus devaſtandum tradit: ex quibus vitiorum multitudines oriuntur.

¶ Gregorius li.xxxiiij. moralium.

Evidentiſſimum ſignum reproborū eſt ſuperbia: at contra humilitas electorum. ¶ Ibidem.

Cunctis namqꝫ ſuperbia apud ſeſe cogitatione tumentibus ineſt: clamor in locutione: Amaritudo in ſilētio: Diſſolutio in hylaritate: furor i triſtitia: Inhoneſtas in actiōe: honeſtas in imagine: Erectio i inceſſu. Rancor in reſponſione.

¶ Homerus in A Illiados. Home.

ἐν ὑπερφιάλοισι τάχαν ποτὲ θυμὸν ὀλέσσῃ.i.

Suis ſuperbijs forte aliquando aiaꝫ pdet. ¶ Ibidē.

οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὔχεσθαι.i.

Non quidem honeſtum ſuperbe gloriari.

¶ Periander. Peria.

μὴ ἐπαίρου ἐπὶ δόξῃ.i.

Noli te extollere ob famam. ¶ Cleobolus. Cleo.

μὴ ὑπερήφανος γίνου ποτέ.i.

Ne ſuperbus ſis vnqꝫ. ¶ Idem.

τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς.i.

Minorem ne deſpicias. ¶ Phocylides. Phocy.

μὴ ἐπαίρου σοφίῃ, μὴ ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ

εἷς θεός ἐστι σοφὸς δυνατός θ' ἅμα καὶ πολύολβος.i.

Ne ſis ſuperb⁹ ſapia: neqꝫ fortitudine: neqꝫ divitijs.

Vnus deus eſt ſapiēs: potēs: τ beat⁹. ¶ Palladas. Palla.

βέλτερόν ἐστι τύχην καὶ θλιβομένην ἀνέχεσθαι

ἢ τὸν πλουτοῦντα τὸν ὑπερήφανον.i.

Melius eſt fortunam τ prementem tolerare

Quam divitum ſuperbiam. ¶ Menander. Menā.

ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην.i.

Superbie nullus evitat penam.

ὅταν εὐτυχῇς μάλιστα μὴ μέγα φρόνει.i.

Quando fortunatus es maxime ne ſuperbias.

¶ Sophocles in aiace. Sophocles

ἀλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα

δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.

Sed virū oportet: τ ſi corpus nā fortius ſit magnū.

Exiſtimare poſſe cadere: etiam a parvo incommodo.

¶ Plautus in aſinaria. Plaut⁹

Non decet ſuperbum hominem eſſe ſervum.

¶ Idem in Sticho:

Secundas fortunas decent ſuperbie.

¶ Terentius Come.v. Teren.

Profecto hoc eſt. vt puto. Oib⁹ nobis: vt res dant ſeſe ita magni atqꝫ humiles ſumus. ¶ Ibidem.

Quis paululū vobis acceſſit pecūie: ſublati ſunt animi.

¶ Virgi. eneidos lib.i. Virgi.

Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri. ¶ Ibidē.
Non ea vis animo:nec tanta ſuperbia victus.
¶ Uirgilius eneidos li.vi.
Tu regere imperio populus Romane memento.
Hec tibi erunt artes:paciſq; imponere morem:
Parcere ſubiectis:ꝛ debellare ſuperbos.
Ouidi⁹ ¶ Ouidius artis li.iij.
Odimus immodicos(experto credite)faſtus.
Sępe tacens odij femina vultus habet.
¶ Ouidius triſtium lib.i.Elegia.i.
Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis.
Icarus:Icareas nomine fecit aquas.
Tibul. ¶ Tibullus Elegia.iij.
Atqui nec diuis homines cōponier ęquum eſt.
Iuue. ¶ Iuuenalis Satyra.v.
Maxima quęq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Dantes ¶ Dantes Flo.inferni canti.xv.
Gente auara:inuidet:ꝛ ſuperba.
Da lor coſtumi fa che tu ti forbi
¶ Dantes Purgatorij cantica.c.x.
O ſuperbi Chriſtian miſeri e laſſi:
Chi de la viſta:ꝛ de la mente infermi
Fidanza haueti de ritroſi paſſi.
Non vacorgeti voi che noi ſiam vermi
Nati a formare langelica farfalla
Che vola a la iuſticia ſenza ſchermi. ¶ Ibidem.
Or ſuperbite ꝛ via col viſo altero
Figlioli deua:ꝛ non chinati il volto:
Si che vegiati il voſtro mal ſentero
¶ Idem paradiſi canti.c.xxix.
Principio dal cader fu il maledetto
Superbir di coſtui che tu vedeſti
Frā.pe. Da tutti peſi del mundo conſtretto.
¶ Frā.petrar.Sonetto.cclxx.
A cader va chi troppo ſale.

SUperficies grę. ἐπιφανεία.ας.ἡ.dr̄. Eſtq; longitudo cū latitudine:ſine pfunditate cuius extremitas ſunt duę lineę.Dicitur aūt Superficies:qſi ſupior facies.A ſuperficie fit ſuperficiarius:Qui vt paulus iuriſconſultus ait:in alieno ſolo ſuperficiem ita h3:vt certam penſionē pſtet.Et ſuperficiarias ędes Caius appellat quę in conducto ſolo poſitę ſunt:quaꝝ proprietas ꝛ ciuili:ꝛ naturali iure eius eſt.cuius ꝛ ſolum.

SVPERFLVITAS grę. περισσότης.ητος.ἡ.ꝛ περισσὸς.ου.ὁ.ſuperfluus dicit̄. Uenit aūt ſuperfluitas a ſuperfluo:quod eſt ſuperabundo:eſtq; ſuperabundantia quędam.
Sapiē. ¶ Sapientię.c.xliij.
Augu. Superfluitas.n.bonum hęc admiuenit in orbem terraruz.
¶ Augu.li.ō doctrina Chriſtiana:ꝛ habetur di.xli.c.Quiſquis rebus.
Quiſquis rebus pretereuntibus reſtrictius vtitur.Uide ſupra in Abſtinentia.
¶ Aug.ſup eplam Ioan.ꝛ hr̄ Ibidē.c.Delicię.
Delicię quęlibet ſi abſq; deſiderio percipiātur.Uide ſupra in abſtinentia.
¶ Augu.li.de verbis dn̄i:ꝛ hr̄ ibidē ca.Non cogant̄.
Non cogantur diuites pauperum cibis veſci. Uide ſupra.in Abſtinentia.
Hiero. ¶ Hiero.ſup illud Matth.x.Neq; duas tunicas ꝛc̄.
Simplex veſtimentum dicit̄ quicquid neceſſariuz eſt alicui:ſm q̄litatē loci:vel tpis.Duplex aūt qđ extra neceſſitatē eſt.Non.n.duas dicit vt quis in locis ſcorię glaciali niue rigentibus vnica tunica debeat eſſe contentus: Sed quō in tunica veſtimētum intelligamus:ne alio veſtiti aliud nobis futuroꝝ timore ſeruemus.
¶ Hiero.epiſto.ad Fabiolam.
Quicquid corpora noſtra defendere poteſt:ꝛ humane ſuccurrere imbecillitati:quos nudos natura pfudit:hęc vna appellāda eſt tunica:ꝛ quicquid in pſentibus alimentis eſt neceſſariū hoc vnius diei vict⁹ appellat̄.
¶ Ambro.de eo quod ſcriptū eſt in euangelio.Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit:ꝛ habetur di.xlvij.c.Sicut hij. Ambr.
Quis enim tam iniuſtus:tam auarus:q̄ qui ta3 multorū alimenta:non ſuum vſuum:ſed abundantia3.ꝛ delitias facit.Neq;.n.minus eſt criminis hn̄ti tollere:q̄ quū poſſis:ꝛ abundans ſis indigētibus denegare. Eſurientiū panis eſt quē tu detines.Nudoꝝ indumentū eſt:qđ tu recludis.Et miſeroꝝ redēptio eſt:ꝛ abſolutio pecūia quā tu in terra defodis.Tantoꝝ te ſ; inuadere ſcias bona:q̄ntis negligis pſtare qđ poſſis.
¶ Ioan. Chryſoſtomus de conſecra.di.vltima.c.Nihil ſic iucundum. Io.chri.
Abundantia vo morbū facit:ꝛ moleſtias ingerit:ꝛ ęgritudines generat.Quod.n.fames facit:hoc ēt plenitudo ciboꝝ.Magis āt ꝛ multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hoiem:ꝛ liberat eū ō hac vita penali:exceſſus vero ciboꝝ cōſumit:ꝛ cōputreſcere facit corp⁹ humanū:ꝛ macerat ęgritudine diuturna:ꝛ tunc eum morte crudeli conſumit.
¶ Uale.maxi.li.iiij.ti.de Abſtinētia ꝛ continentia.Q.Tuberone. Vale. maxi.
Nunc quo ventū eſt? a ſeruis vix impetrari pōt:vt eam ſuppellectilē faſtidiant.qua vti conſul non erubuit.
¶ Iſocra.ſermo.admonito.ad Dimonicum. Iſocra.
ἀπολαύειν τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν.i.
Ama exiſtentiū bonorum non excedentem poſſeſſione3:ſed mediocrem fruitionem.
¶ Lucanus Pharſalię.lib.iiij. Luca.
O prodiga rerum
Luxuries:nunq̄ paruo contenta paratu
Sed quęſitorum terra pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames:ꝛ lautę gloria menſę
Diſcite q̄ paruo liceat perducere vitam:
Et quantū natura queat. ¶ Iuuena.Satira.xi. Iuue.
Non prematuri cineres:non funus acerbum.
Luxurię:Sed morte magis metuenda Senectus.
De hac materia hēs ſupra vbi Abſtinentia Continētia.
Mediocritas:parſimonia.Sufficientia.

SVPERSTICIO grę. δεισιδαιμονία.ας.ἡ.ꝛ δεισιδαίμων.ονος.ὁ.ſuperſtitioſus dicitur.Eſt autem ſuperſtitio vitium religioni appoſitum:ſcđm exceſſu3:ſm.bea.Tho.ſcđa ſcđę.q.lxxxxij.ar.i.o.
Superſtitio eſt vitium contrarium religioni: Non quia plus exhibeat in cultum diuinū:q̄ vera religio:Sed quia exhibet cultum diuinum:vel cui non debet : vel eo modo quo non debet.
Superſtitio dicitur:vt placet Ciceroni li.de natura deoruz:a ſuperſtitibus liberis:Cuius vba ſunt hęc. Qui totos dies precabantur : vt ſui ſibi liberi ſuperſtites eēnt ſuperſtitioſi ſunt appellati. Qui aūt omnia quę ad cultuz deoꝝ pertinerent diligenter retractarent:ꝛ tanq̄ relegerent:dicti ſunt religioſi a relegendo.
¶ Cicero lib.i.de diuinatione in fine. Cicero
Non.n.ſunt ij:aut ſciētia:aut arte diuini:ſed ſuperſtitioſi vates impudenteſq; harioli:aut inertes:aut inſani:aut quibus egeſtas imperat:qui ſibi ſemitā non ſapiūt alijs mōſtrant viam:quibus diuitias pollicent̄:ab his drachmas ipſi petunt:de his diuitijs ſibi deducant drachmā reddant cętera. ¶ Idem lib.ij.
Ad rem agendam non ſuperſtitionem habeas: ſed rationem ducem. ¶ Ibidem lib.ij.in fine.
Nec.n.ſuperſtitione tollenda religio tollitur. ¶ Ibidē.
Quāobrē vt religio ꝓpagāda ēt ēt:q̄ ē iuncta cū cognatione naturę:ſic ſuperſtitionis ſtirpes oēs eijciendę.

¶ Cicero lib.j.de fi.bo.ꝛ maloꝝ.

Supſtitione qui imbutus eſt:quietus eſſe nunq̄ pōt.

¶ Cicero lib.ij.de natura deorum.

Non enim philoſophi ſolum verumetiā maiores noſtri ſuperſtitionē a religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies ꝑcabantur ꝛ immolabant:vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent:ſupſtitioſi ſunt appellati:quod nomen patuit poſtea latius.

Ual. ¶ Ual.maxi.li.ij.de inſti.antiq̄s de Maſſilia.

Mari. Oībus aūt q̄ ꝑ aliquā religionis ſimulationem alimēta inertię q̄runt:clauſas portas habet mēdacē ꝛ fucoſā ſuperſtitionem ſubmouendam eſſe exiſtimans.

SUppoſitū grę.υποβολιμαιον.ου.ρ.ꝛ υποτιθημι ſuppono dicitur. Eſtq̄ʒ ſuppoſitum nomen ſecundę intentionis:ſignificās habitudinem particularis ad naturam communem:inquantum in ea ſubſiſtit:ſm bea.Tho.iij.ſen.di.vj.q.j.ar.j.

SUſpicio grę.υποψιαια.ꝛ υποψιος.ου.ο.ſuſpectus dicitur. Eſt aūt ſuſpicio acceptio vnius partis cum formidine alterius ſm Ciceronem.

Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus ſignis:ſm.b.Tho.ſecunda ſecundę.q.lx.ar.iiij.c.

SUſpenſio grę.κρεμασις.ιος.ι.ꝛ κρεμαστος.ου.ο.penſilis:ꝛ κρεμω ſuſpēdo dr̄. Eſt aūt ſuſpēſio quędā eccleſiaſtica cēſura:qua interdicit̄ aliq̄d exercitium:vel officiū cōpetēs certę perſonę eccleſiaſticę:aliquando a Iure:aliquando a Iudice prolata.

SUſurronis grę.ψιθυριστης.ου.ο.ꝛ ψιθυριζω ſuſurro:ras dr̄. Hinc ſuſurratio q̄ ē oblocutio mala de ꝓximo facta occulte:ad diuidēdā amicitiā aliq̄rū. Suſurrones.n.ſūt gen⁹ hoīum maledicoꝝ ꝛ linguaciū q̄ nō apte loquunt̄:ſʒ voce demiſſa in aures hominū obſtrepūt:potiuſq̄ʒ loquunt̄. Sūtq̄ʒ ſuſurronis:ꝛ ſuſurrare ṽba factitia:ita ꝛ ſuſurrus:n:hoc ē vox ipſa ſuſurronis.q̄ ꝛ ſuſurrū dici pōt. Differūt aūt ſuſurro:detractor:cōtumeliator:deriſor:ꝛ ꝯuiciator. Quia ſuſurro intēdit diſcordiā ſeminare:d̄tractor bona minuere vel negare:cōtumeliator q̄d eſt ꝯ honorē alicuius deducere in noticiā eius ꝛ alioꝝ ꝑ ſigna:vel ṽba. Deriſor malū vl' defectū alicuius ꝑſone:vt erubeſcat in ludū vel riſum ponere. Cōuitiator dicit importantia defectū culpę:ꝛ pęnę:ſicuti cōtumelior ſolum culpę. Quare ſi q̄s dicat alicui iniurioſe eū eē cęcū:aut claudū:q̄uū ſit:cōuitium dicit:ſed ſi cōtumeliam. Si aūt iniurioſe dicat eū ſurē nō ſolū ꝯuitiū ſʒ ꝛ ꝯtumeliā dicit. Sępe tn̄ vnū pro alio ponitur.

De hac mā̄ hēs ſupra vbi detractio:ꝛ lingua.

SUum grę.ιδιον.ου.ρ.dr̄. Suū aūt cuiuſcūq̄ʒ dr̄ q̄d ei ſm ꝓportionis ęqualitatem debetur:ex bea. Tho.ſecunda ſecundę.q.lviij.ar.xj.c.

TAbellio grę.πιναχογραφος.ου.ο.dr̄. Et eſt publica ꝑſona hn̄s officiū ſcribendi inſtrumēta ad faciendū fidē. Diciturq̄ʒ a tabella q̄ grę.πιναχιον.ου.ρ.ꝛ πιναχιδιον.ου.ρ.pugillaris dicitur.

TAbula grę.σανιδιον.ου.ρ.dr̄. Tabula ſecunda poſt naufragiū peccatoꝝ eſt pęnitentia:ꝛ verecundia:ſm bea.Tho.tertia parte.q.lxxxiiij.ar.vj.o.

TACITVRNITAS grę.σιωπηλοτης.ητος.ꝛ σιωπαω taceo dicit̄. Eſt autem taciturnitas qua mentes circūſpicientes quid deceat:ꝛ q̄d non:ſilent cogitabundę:nec putāt proferendum:anteq̄ʒ mature cūcta examinātes diſputarint:ne ex ore magis q̄ʒ ex pectore erumpat oratio. Huius oppoſitū eſt ingulacitas:vnde dicaces:locutuleii:blatrones:lingulaces:bambaliones:ꝛ futiles a veteribus ſunt nominati.

Taciturnitas in dicendis:ꝛ locutio in tacendis eſt peccatum:ſm bea.Tho.ſcd̄a ſcd̄ę.q.lxxiij.ar.j.

Hiero. ¶ Hierony.lib.iij.cōtra Ruffinum.

Hyrūdinē in domo nō ſuſcipiendā id eſt garrulos ꝛ verboſos ſub eodē tecto nō habēdos. Dicebat Ariſto.

¶ Prouerbiorum.c.xxv. Prouer.

Sicut vrbs patens:ꝛ abſq̄ʒ muroꝝ ambitu:ita vir qui nō poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

¶ Iacobus in epiſtola.c.j. Iaco.

Sit aūt omnis homo velox ad audiendū:tardus autem ad loquendum:ꝛ tardus ad iram.

¶ Gregorius lib.xxx.mora. Grego.

Ille ſcit recte dicere:qui ꝛ ordinate nouit tacere.

¶ Io.Chryſo.ſuper Mattheum. Io.chri.

Malū hominē melius poteſt tacendo aliq̄s vincere:q̄ʒ rñdendo: Quia malitia nō inſtruitur ſermonibus:ſed excitat̄: Ideo dn̄s recedendo cōpeſcere ſtuduit quos reſpōdendo non compeſcuit.

¶ Iſidorus ſoliloquioꝝ.c.xxxj. Iſido.

Sint tua verba pauca. Tolle ṽboſitatē ſermonis ſupflui. Multiloquiū nō effugiet culpā. Linguoſus hō imperitus eſt. Sapiens vero paucis vtitur verbis.

¶ Ibidem lib.ij.

Qui ocioſa verba nō reprimit:ad noxia cito trāſit. Sic ſermo tuus irreprehenſibilis:ſic expectatione audiendum vtilis eſt.

¶ Boetius de phīca conſolatione lib.j. Boeti⁹

Nec mihi ſocratico decreto fas eē arbitror:vel occuluiſſe veritatem:vel conceſſiſſe mendacium.

¶ Cicero Tuſcu.q̄ſtio.lib.ij. Cicero

Zenon perpeſſus eſt omnia anteq̄ʒ conſcios delendę tyrannidis indicaret.

¶ Seneca epiſtola.xvj. Seneca

Nihil ęque proderit q̄ʒ quieſcere:ꝛ minimum cum alijs loqui:ꝛ plurimum ſecum.

¶ Idem epiſtola.xxxix.

Tardiloquum te eſſe iubeo.

¶ Idem epiſtola.cvij.

Nemo quod audierit tacebit: Nemo quantum audierit loquetur. ¶ Ibidem.

Qui rem non tacuerit:non tacebit autorem.

¶ Seneca in Hyppolito.

Alium ſilere quod voles prius ſile.

¶ Ariſtoteles lib.j.polyticoꝝ. Ariſto.

Silentium pręſtat ornatum.

¶ Macrobius lib.vij.ſaturnalium.c.j. Macro.

Hęc eſt vna de virtutibus philoſophię. Quia quum orator nō aliter niſi orando probetur phs non minus tacendo pro tempore:q̄ʒ loquendo philoſophat̄.

¶ Ual.li.iij.tit.de inſtitutis antiquis. Uale. maxi.

Nunq̄ʒ enim patres conſcripti taciturnitatem optimū ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculuʒ labefactari volebant.

¶ Ibidem lib.ij.c.j.

Adeo magna p̄rię charitate tenebāt̄:aut arcana patrū ꝯſcriptoꝝ:multis ſęculis nemo ſenatoꝝ enūciauerit.

¶ Iſocrates ad Dimonicū ſermone admo. Iſocra.

α ποιειν αισχρον ταυτα νομιζε μηδε λεγειν ειναι καλον.i. Quę factu turpia:hęc puta neq̄ʒ dictu eē pulchra. ¶ Idem ibidem.

μαλλον τηρει τας των λογων η τας των χρηματων παρακαταθηκας.i. Magis ſerua ſermonum q̄ʒ rerum depoſita.

¶ Idem ibidem.

δυο ποιου καιρους του λεγειν.η περι ων οισθα σαφως η περι ων αναγκαιον ει πειν.εν τουτοις γαρ μονοις ο λογος της σιγης κρειττων.εν δε τοις αλλοις αμεινον σιγαν η λεγειν.i. Duo fac tempora dicendi:vel de quibus ſcis manifeſte:vel de quibus neceſſe dicere. In his enim ſolis ſermo ſilentio melior. In alijs vero pręſtātius tacere q̄ʒ loqui.

¶ Periander. Periā.

καλον ησυχια.i.
Bias Pulchrum taciturnitas. ¶ Bias.
λαλει ολιγα.i.
Pitta. Loquere pauca. ¶ Pittacus.
ο μελλεις ποιειν μη προλεγε
αποτυχων γαρ γελασθησει.i.
Quod futurus es facere noli prędicare
Ne ſi conſilium non ſuccedat: derideris.
Euripi. ¶ Euripides in Hippolyto.
σιωπης ουδεν εργον εν κακοις.i.
Lucia. Silentio non eſt opus in malis. ¶ Lucianus.
αρρητων επεων γλωσση σφραγις επι κεισθω
κρεισσων γαρ μυθων η κτεανων φυλακη.i.
Arcanorū verborum linguę ſigillum imponatur:
Pręſtantior.n. ſermonum ꝙ poſſeſſionum cuſtodia.
Palla. ¶ Pallades.
μεγαλη παιδευσις εν ανθρωποισι σιωπη
μαρτυρα πυθαγοραν τον σοφον αυτον εχω
ος λαλειν ειδως ετερους εδιδασκεσι σιγαν
φαρμακον ησυχιης εγκρατες ευραμενος.
Magna eruditio inter homines ſilentium
Teſtem Pythagoram ſapientem ipſum habeo:
Qui loqui ſciens: alios docebat tacere
Remedium quietis potens inueniens. ¶ Idem.
πας τις απαιδευτος φρονιμωτατος εστι σιωπων
τον λογον εγκρυπτων ως παθος αισχροτατον.i.
Quilibet indoctus prudentiſſimus eſt tacens
Sermonē occultans veluti paſſionē turpiſſimam.
Menā. ¶ Menander.
γλωσσης μαλιστα πανταχου πειρω κρατειν.i.
Linguę maxime vbiꝙ conare imperare. ¶ Idē.
γλωσσης ματαιας ζημια προστεχεται.i.
Linguā ſtultā damnum ſubſequitur. ¶ Idem.
δια δε σιωπης πικροτερον κατηγορει.i.
Per ſilentium autem amarius accuſas. ¶ Idem.
ενιοις το μη λεγειν εστι κρειττον του λεγειν.
Non nullis tacere eſt pręſtantius ꝙ loqui. ¶ Idē.
ευκαταφρονητον εστι σιγηρος τροπος.
Contemptibile: quid eſt taciturnus mos. ¶ Idem.
η γλωσσα πολλους εις ολεθρον ηγαγεν.
Linguam multo in perniciem attraxit. ¶ Idem.
η λεγε τι σιγης κρειττον η σιγην εχε.
Uel dic aliqd ſilētio pſtātiꝰ: vel ſilētiū habe. ¶ Idē.
πολλοις αποκρισις η σιωπη τυγχανει.i.
Multis reſponſum ſilentium eſt. ¶ Idem.
η γλωσσα πολλων εστιν αιτια κακων.i.
Linguam multorum eſt cauſa malorum.
δει σιωπαν η λεγειν αμεινονα.i.
Uel oportet tacere: Uel dicere meliora. ¶ Idē.
κρειττον σιωπαν η λαλειν α μη πρεπει.
Melius tacere: ꝙ loqui: quę non decent. ¶ Idem.
ουδεν σιωπης εστι χρησιμωτερον.i.
Nihil ſilentio eſt vtilius.
σιγη ποτ εστιν αιρετωτερα λογου.i.
Silentiū interdum eſt eligibilius ſermone. ¶ Idez.
ουδ ει σιωπαν. και λαλειν οπου χρεων.i.
Eſt vbi oportet tacere: & loqui vbi oportet.
νοειν γαρ εστι κρειττον η σιγην εχειν.
Conſiderare melius ꝙ ſilentium habere.
Plau. ¶ Plautus in Ciſtellaria.
Tacere nequo: qđ tacito vſus eſt. ¶ Idē in Rudēte:
Tacita mulier eſt bona: ſemper ꝙ loquens.
Teren. ¶ Terentius comędia. v.
Ouidi. Tua qđ nihil refert pcūctari ōſines. ¶ Oui. artis li. ij.

Eximia eſt virtus pręſtare ſilentia rebus.
At contra: grauis eſt culpa tacenda loqui.
¶ Ouidi. li. iij. amorum.
Quis furor eſt: q̄ nocte latent in luce fateri?
Et quę clam facias facta referre palam.
¶ Ouidius lib. iij. triſtium.
Crede mihi: bene qui latuit: bene vixit: & intra
Fortunam debet quiſꝙ manere ſuam.
¶ Martialis lib. v. ad Poſthumū.
Mart. Quę mihi pręſtiteris memini: ſemper tenebo?
Cur igitur taceo poſthume: tu loqueris.
Incipio quotiens alicui tua dona referre:
Protinus exclamat: dixerat ipſe mihi.
Non belle q̄dam faciunt duo: ſufficit vnus
Huic operi: ſi vis vt loquar: ipſe tace.
Crede mihi: q̄uis ingentia poſthume dona:
Autoris pereunt garrulitate ſui.
¶ Hora. epla℞ lib. j. eplā. xix.
Hora. Protinus vt moneā: ſi quid monitoris eges tu.
Quid de quoꝙ viro: & cui dicas ſępe videto:
Percūctatorē fugito: nā garrulus idem eſt:
Nec retinēt patulę cōmiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbū.
¶ Horatius ibidem.
Qualē cōmēdes, etiā atꝙ etiam aſpice: ne mox
Inciant aliena tibi peccata pudorem:
Fallimur. & quēdā nō dignū tradimus: ergo
Quē ſua culpa pmet: deceptus omitte tueri.
¶ Hora. ſermone lib. j. ſatyra. iiij.
Abſentemꝙ qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum famāꝙ dicacis:
Fingere qui nō viſa pōt: commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger ē: hūc tu rōane caueto
Dātes flo. inferni cantica. c. xvj.
Dantes Semper e quel ver cha facia di menzogna
De lhom giudere le labra q̄ſto puote:
Pero che ſenza colpa fa vergogna:
Altra riſpoſta diſſe non ti rendo
Se non lo far che dimanda honeſta:
Si de ſeguir collopra tacendo.
Dantes flo. Paradiſi can. c. xxxij.
Ma perche tempo fuge che taſſona:
Qui farem puncto: come bon ſartore:
Che come gli ha del panno fa gonna.

Tactus grece αφη. ης. η. & απτομαι tāgo dicitur. Eſt autem tactus ſenſus eorum ex quibus componitur animal & per quę corrūpitur ſm hea. Tho. in quęſti. de veri. q. xxvj. arti. iij. c.

Tactus a tango venit: vnde & tangibile: quod quomodo a palpabili differat. Uide ſupra in palpabile.

Temeritas grę. αβουλια. ας. η. & αβουλος. ου. ο. temerarius dicitur. Eſt aūt Temeritas cum inconſiderata doloris ppeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio: ſm Ciceronem lib. iiij. Rheto.

Temeritas ſiue p̄cipitatio eſt defectus cōſilij: & ſpecies imprudentię: ſm. b. Tho. ſa ſcđę. q. xxxv. ar. xxv. c. ſi.

Temeritas eſt p quā fieri dicunt: quę rōne non gerunt vel pp impetū volūtatis: vel paſſionis: vel ex contemptu. Quę cauſat ex ſupbia. Ideo continet ſub p̄cipitatione q̄ reſpicit vtrunꝙ: ſed magis primū ex hea. Tho. ſcđa ſecundę. q. liij. ar. iij.

Temerarius eſt ille q nihil omnino formidat: ſed aduerſus oīa vadit: ſm Ariſto. lib. ij. Ethicoꝝ.

- **Tẽperãtia virtus: ex.bt Tho. ſcôa ſcôe**
  - **Specialis: vt refrenat a maxime allicientib⁹.**
    - **Materia** (Pria: ſe q. lxij. ar. iiij.)
      - Circa quas. — Obiectũ: ⁊ ẽ bonũ delectabiliũ in cõcupiſcentijs tactus: ſm modũ rõnis: vel legis diuinę.
      - In Qua. — Subiectum: ⁊ eſt appetitus ſenſitiuus: vel concupiſcibilis: ⁊ iraſcibilis.
    - **Partes.** (q.cxliij.)
      - Integrales.
        - Verecundia: per quam aliquis refugit turpitudinem temperantię contrariam.
        - Honeſtas: per quam aliquis amat pulchritudinem temperantię.
      - Subiectiuę.
        - Abſtinentia in cibo.
        - Sobrietas in potu.
        - Caſtitas: q̃tũ ad delectationẽ principalẽ coit⁹.
        - Pudicitia: q̃tũ ad circunſtantes delectationes: vt in oſculis: tactibus: ⁊ amplexibus.
      - Potẽtiales.
        - Continẽtia: q̃ refrenat motum voluntatis cõmotę ex impetu paſſiõis: ex qua fit vt licet homo immoderatas cõcupiſcentias patiaſ: voluntas tamen non vincitur.
        - Humilitas q̃ refrenat motum ſpei ⁊ audacię.
        - Manſuetudo ſiue Clementia: quę refrenat motũ irę tendentis in vindictam.
        - Modeſtia: q̃ refrenat mot⁹ ⁊ actus corporales.
        - Bona ordinatio ad quam pertinet diſcernere qd ſit faciendũ: qd dimittendum: ⁊ quid quo ordine ſit agendum: ⁊ in hoc firmiter perſiſtere.
        - Ornatus: quo homo obſeruat decentiam in eo quod agit.
        - Auſteritas in colloquijs amicorum: vel quibuſcunq̃ alijs.
        - Parcitas ſz Macrobiũ: vel per ſe ſufficiẽtia: ſz Andronicum: qua ſuperflua non requiruntur.
        - Moderatio. ſcd̃m Macrobium: vel ſimplicitas: ſcd̃m Andronicum. qua homo non nimis exquiſita requirit.
    - **Actus Duplex.** (q.cxli.ar.iiij.)
      - Principalis: ⁊ Proprius qui eſt moderari cõcupiſcentias delectabilium tactus.
      - Secũdarius: q ẽ moderari⁹ alias cõcupiſcẽtias.
  - **Generalis** dicitur quia nomen Temperantię ſignificat quandã temperiem: ideſt moderationem Quam non ponit in humanis operationibus ⁊ paſſionibus: qd̃ eſt cõe. ⁊ in oĩ virtute morali.

TEMPERANTIA grece σωφροσυνη.ης.η. ⁊ σωφρων.ονος.ο. temperatus dicitur. Eſt autem temperantia rationis in libidinẽ: atq̃ alios non rectos impetus animi: ſumma ⁊ moderata dominatio: ſcd̃m Ciceronem lib. Rhetoricorum.

Temperantię partes ſunt: Continẽtia: Clemẽtia: ⁊ Modeſtia: ſm eundem.

Temperantia eſt moderatio cupiditatum rationi obediens: ſm eundem lib. ij. de fi. bono. ⁊ malo.

Temperantia eſt mediocritas circa voluptates corporis: ſm Ariſto. lib. iij. Ethicorum.

Tẽperantia eſt affectio coercẽs: ⁊ cohibens appetitũ ab his q̃ turpiter appetuntur: ſm Aug. li. de libe. arbi.

Temperantia eſt virtus ſpecialis ſi ſumatur antonomaſiã: vt refrenat a maxime allicientibus. Sed eſt virtus generalis communiter: ſcd̃m bea. Tho. ſecunda ſecundę. q. cxli. ar. i. ij. o.

Temperantia quid a continentia differat: vide in continentia.

Temperantię partes quę ſint: vide ſupra in arbore temperantię. ℭ Augu. li. de moribus Eccleſię.

Augu. Munus temperantię eſt in coercendis: ſedandiſq̃ cupiditatibus: quibus contrariamus in ea quę nos auertunt a legib⁹ dei. ⁊ a fructu bonitatis eius: cuius officiũ eſt contemnere omnes corporeas illecebras: laudemq̃ popularem. ℭ Ibidem.

Vir temperatus in rebus huius vitę habet regulã vtroq̃ teſtamento confirmatam: vt eorum nihil diligat: nihil per ſe appetendum putet. Hiero.

ℭ Hiero. ⁊ hr̃ de conſecratione di. v. c. Legimus.

Legimus quoſdam morbo articulari ⁊ podagrę humoribus laborantes: Proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam ⁊ pauperes cibos redactos cõualuiſſe. ℭ Hiero. contra Ruffinum. l. ij.

Fugãda ſunt oibus modis ⁊ abſcindenda: languor a corpore: imperitia ab aio: luxuria a ventre: a ciuitate ſeditio: a domo diſcordia. ⁊ in cõmune a cunctis rebus intemperãtia. ℭ Ambro. lib. de officijs. Ambr.

Intemperantia maxime honeſti cura: decoris conſideratio ſpectatur ⁊ quęritur. ℭ Ambro. de virginitate lib. iij.

Iuuenem veteres fabulę ferunt: quum propter admirandã oris pulchritudinẽ in amorẽ incenderet feminas: vultũ exaraſſe ſtigmatibus: ne qua eũ amare poſſet. ℭ Seneca epiſtola vltima. Seneca

Temperantia voluptatib⁹ imperat: alias odit atq̃ abigit: alias diſpẽſat: ⁊ ad ſanũ modũ dirigit: nec vnq̃ ad illas propter ipſas venit. Scit optimum eſſe modum cupitorum non q̃tum velis: ſed q̃tũ debeas ſumere.

Cicero ℭ Cicero lib.i.de fini.bono.⁊ malorum.

Temperantia eſt enim que eſt in rebus aut expetendis: aut fugiendis:vt rõ̃nem ſequamur monet. Nec.n.ſatis eſt iudicare qd faciendum: non faciendum ve ſit: ſed ſtare ẽt oportet in eo ꝙ ſit iudicatum.plerigꝫ aũt quod tenere atqꝫ ſeruare id quod ſtatuerũt:non poſſũt victi aut debilitati obiecta ſpe voluptatis: tradũt ſe libidinibus cõſtringendos:nõ qd proventurũ ſit prouident:ob eamqꝫ cãm propter voluptatẽ: ⁊ paruã ⁊ non neceſſariam: ⁊ que vel aliter pararetur: ⁊ qua ẽt carere poſſent ſine dolore:tum in morbos graueſ:tuꝫ in damna:tum in dedecora incurrunt. Sepe etiã legum iudiciorumqꝫ penis obligantur. Qui autem ita frui volunt voluptatibus:aut nulli propter eas dolores conſequantur:⁊ qui ſuum iudicium retinẽt:ne voluptate victi faciant:id quod ſentiant non eſſe faciendum:hij voluptatẽ maximã adipiſcunt̃ ꝑter mittẽda voluptate. Jdẽ etiaꝫ dolorem ſepe perpetiuntur:ne ſi id non faciant:incidant in maiorem. Ex quo intelligitur nec intemperantiã propter ſe fugiendaꝫ eſſe:temperantiamqꝫ expetendam:non quia voluptates fugiat:ſed quia maiores conſequatur.

ℭ Cicero lib.iij.de natura deorum.

Temperantia conſtat ex pretermittendis voluptatibus

Ariſto. corporis. ℭ Ariſto.li.iij. Topicorum.

Temperantia magis eſt eligenda in iuuenibus ꝙ̃ in ſenioribus:quia Juuenes pluſꝙ̃ ſenes concupiſcentijs

Pytha. moleſtantur. ℭ Pythagoras.

κρατειν δ᾽ειθιζεο τωνδε

γαστρος μεν πρωτιστα και ὑπνου λαγνειης τε και θυμου.i.

Imperare aſſueſce te his

Uentri quidem primum: ⁊ ſomno:libidiniqꝫ:

Plau. Et ire. ℭ Plautus in penulo.

Hoc vnũ tñ cogito. Modus oĩbus rebus optim⁹ eſt habitu. Nimia oĩa nimiuꝫ exhibẽt negociũ hoĩb⁹ ex ſe.

TEMPUS grẽ. χρονος.ου.ο.⁊ χρονικος.ου.ο. temporalis dicitur. Eſt autem tempus numerus motus.ſecundum prius ⁊ poſterius: Ariſto.lib.iiij.phyſicorum.

Tempus eſt in primo motu celi: ſicut in ſubiecto:⁊ primo menſurato:ſm bea.Tho.i.parte.que ſti.x.articu.vi.cap.

Eccl'ia. ℭ Eccleſiaſtici cap.iij.

Omnia tẽpus habent:⁊ ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub celo. Tempus naſcendi:⁊ Tempus moriẽdi. Tempus plantandi: ⁊ tempus euellendi quod plantandi eſt. Tempus occidendi eſt. Tempus ſanandi.

ℭ Jdem cap.viij.

Omni negocio tempus eſt ⁊ opportunitas.

Paul⁹ ℭ Paulus ad Galathas cap.v.

Dum tempus habemus operemur bonum.

ℭ Jdem ad Coloſſenſes cap.iiij.

In ſapientia ambulate redimentes tempus

ℭ Jdem ad Epheſios.c.v.

Videte quomodo caute ambuletis:nõ quaſi inſipientes: ſed vt ſapientes redimentes tempus.

Actuuꝫ ℭ Actuum apoſtolorum.c.i.

Non eſt veſtrũ noſſe tẽpora:vel momẽta:ꝙ pater poſuit in poteſtate ſua:ſed accipie:is virtutẽ ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos:⁊ eritis mihi teſtes in Jeruſalem:⁊ in omni Judea ⁊ Samaria:⁊ vſqꝫ ad vltimum

Augu. terre. ℭ Augu.de verbis domini ſermone.i.

Fragiliores ſumus vaſe vitreo: Quia ⁊ ſi caſus vitreo timeatur:non tamen ſenectus aut febris.

ℭ Augu.li.i.de doctrina Chriſtiana.

Inter tẽpalia ⁊ eterna hoc intereſt: ꝙ tẽpale plus diligit anteꝙ̃ habeatur:vileſcit aũt:quũ aduenerit.nõ enim ſatiãt animã cui vera ⁊ certa ſedes eternitas. Aeternum aũt ardentius diligi adeptumꝙ̃ deſideratum. Nulli enim deſideranti cõceditur plus de illo eſtimare ꝙ̃ ſe habet ne vileſcat:quũ inuenerit:ſed ꝙ̃tũ gſqꝫ veniens eſtimare potuerit plus perueniens inuenturus eſt.

Hiero. ℭ Hiero.ſuper Hieremiã lib.ij.

Nil longum quod finem habet:eternitati comparatum omne tempus breue eſt.

ℭ Hiero.ſup illõ Eccl'ia.xi. Nõ ẽ dicere ꝙ neque illo.

Omnia enim in tpe ſuo eõprobãtur. ℭ Jbideꝫ.

Ne dicas priora tẽpora meliora fuereꝙ̃ nunc ſunt:virtutes faciũt dies bonos:vitia malos. ℭ Sene.ep.67.

Seneca Fluunt omnia ⁊ in aſſidua diminutiõe ſunt corpora nra rapiuntur fluminũ more. Quicquid video currit cũ tempore.fluida eſt materia:⁊ caduca: ⁊ oib⁹ obnoxia caſibus. ℭ Jdem in prouerbijs.

Omnia aliena ſunt tp̃s tñ nr̃ũ eſt:quotidie deterior poſterior dies. ℭ Cicero de fi.bono.⁊ malorũ.li.v.

Cicero Omniũ rerũ principia parua ſunt:ſꝫ ſuis progreſſibus vſa augentur. ℭ Cicero li.de ſenectute.

Hore quideꝫ cedunt:⁊ dies:menſes:⁊ anni:nec preteritũ tp̃s vnꝙ̃ reuertitur:nec qd ſequatur ſciri poteſt.

Iſocra. ℭ Jſocrates ad Dimonicũ ſer.admonitorio.

πᾶν γὰρ ἄκαιρον πάντα χου λυπηρον.i.

Intempeſtiuum enim vbiqꝫ moleſtum.

Sopho. ℭ Sophocles in Aiace.

ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν

ἅπαντα τἀνθρώπεια.i.

Dies deprimit:⁊ extollit rurſus

Omnia humana.

ℭ Jdem in eadem.

ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος

φύει τ᾽ ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.i.

Omnia longũ ⁊ innumerabile tempus

Producit in lucem occulta:⁊ manifeſta occultat.

ℭ Jdem in eodem.

πάντ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.i.

Omnia longo tempore flacceſcuntqꝫ ⁊ cõſumuntur.

ℭ Jdem in edipode.

χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος.i.

Tempus iuſtum vir ostendit ſoiũ. ℭ Jdẽ in eadẽ.

πάντα γὰρ ἐν καιρῷ καλά.i.

Perian. Omnia enim in tẽpore bona. ℭ Periander.

μὴ πίστευε χρόνῳ.i.

Ne credas tempori.

Mena. ℭ Menander.

ἔσοντ᾽ δὲ βάσανος ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος.i.

Moris autẽ index eſt hominibus tẽpus. ℭ Jdem.

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

Ducit autem ad lucẽ veritatẽ tempus. ℭ Jdem.

μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.

Longũ enĩ euum calamitates multas hẽt. ℭ Jdẽ.

πάντα γὰρ ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει.i.

Omnia detegẽs tẽpus ad lucem fert. ℭ Jdẽ.

συμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου.

Conſiliarius nullus eſt melior tempore. ℭ Jdẽ.

χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Tempore omnia fiunt ⁊ iudicãtur. ℭ Jdẽ.

χρόνος δ᾽ ἀναιρεῖ πάντα καὶ λήθην ἄγει

Plato Tẽpus aũt aufert oĩa ⁊ obliuionẽ inducit. ℭ Plato.

αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.i.

Tẽpus oĩa fert. Longum tempus nouit mutare

Nomen ⁊ formã:⁊ naturã:⁊ fortunam.

Ex.i. Epig. ℭ Ex primo Epigrammatum.

τῆς ὥρας ἀπόλαυε· παρακμάζει ταχὺ πάντα· ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τραχὺν ἔθηκε τράγον.i.

Pulchritudine fruere:defloreſcunt cito omnia:

Aeſtas ex edo aſperum fecit hircum. ℭ Jbidẽ

πρόσθεν ἀκμάζει βαιὸν χρόνον ἢν δὲ παρέλθῃ

ζητων ευρισεις ου ῥοδον.αλλα βατον
Roſa viget breue tempus. Si autem preterieris
Querens inuenies non roſam:ſed ſpinam.
Virgi. ℭ Virgilius Aeneidos lib.x.
Stat ſua cuiq; dies:Breue ⁊ irreparabile tempus
Hora. Omnibus eſt vite:ſed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. ℭ Hora.carmi.lib.iij.ode.vi.
Damnoſa quid non iminuit dies?
ℭ Horatius epiſtolarum lib.i.epi.i.
Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.
Vt teipſum ſerues non expergiſceris?at qui
Si nolis ſanus curres hidropicus:⁊ ni
Poſces ante diem librum cum lumine:ſi non
Intendes animum ſtudijs.⁊ rebus honeſtis
Inuidia vel amore vigil torquebere:nam cur
Que ledunt oculos feſtinas demere:ſi quid
